

ACTES DE S. S. PIE XI

Encycliques, Motu Proprio, Brefs, Allocutions,
Actes des Dicastères, etc...

Texte latin et traduction française

TOME XI

(Année 1933-1934)



MAISON DE LA BONNE PRESSE

5, rue Bayard, PARIS 8^e



Bibliothèque Saint Libère

<http://www.liberius.net>

© Bibliothèque Saint Libère 2011.

Toute reproduction à but non lucratif est autorisée.

ACTES DE S. S. PIE XI



TOME XI

(Année 1933-1934)

Nihil obstat.

Parisiis, die 11^a novembris 1939.

FR. PROTIN.

IMPRIMATUR

Lutetiae Parisiorum, die 17^a novembris 1939.

V. DUPIN,
v. g.

PREMIÈRE PARTIE

ACTES DE S. S. PIE XI

ENCYCLIQUES, MOTU PROPRIO,
BREFFS, LETTRES ET ALLOCUTIONS



LITTERA APOSTOLICA

Sancti Berardus, Petrus, Accursius, Adiutus et Otho, protomartyres O. F. M., declarantur patroni principales Vicariatus apostolici de Rabat (1).

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.

Primos ex inelyto Ordine Fratrum Minorum, quos ipse Seraphicus Pater Sanctus Franciscus Assisiensis misit in Africam ad infidelium animas Christo lucrandas, Berardum videlicet, Petrum, Accursium, Adiutum atque Othonem, a mahometanis in Maroquio anno MCCXX in odium fidei interfectos, tamquam protomartyres suos universus Ordo Seraphicus pluribus iam a saeculis veneratur et colit. Nunc vero venerabilis frater Henricus Vielle, ex eodem Ordine Epis-

LETTRE APOSTOLIQUE

déclarant patrons principaux du vicariat apostolique de Rabat les saints Bérard, Pierre, Accursius, Adjutus et Othon, protomartyrs de l'Ordre des Frères Mineurs.

PIE XI, PAPE

Pour perpétuelle mémoire de la chose.

Depuis plusieurs siècles déjà, l'illustre Ordre séraphique tout entier vénère et honore comme ses protomartyrs les premiers Frères Mineurs envoyés en Afrique par saint François d'Assise en personne, leur bienheureux Père, afin d'y gagner au Christ les âmes des infidèles. Ils s'appelaient Bérard, Pierre, Accursius, Adjutus et Othon, et furent mis à mort au Maroc, en haine de la foi, en l'an 1220 (2).

(1) A. A. S., vol. XXV, 1933, p. 23.

(2) Leur martyre eut lieu le 16 janvier 1220. Les corps furent ramenés à Coïmbie, en Portugal.

copus titularis Halmyrensis, Vicarius Apostolicus de Rabat, intra cuius fines urbs exstat vulgo Marrakesch, in qua ipsi protomartyres pro Christo sanguinem suum fuderunt, Nos enixe rogat ut sanctos Berardum et Socios eius principales Patronos ipsius vicariatus de Rabat declarem. Quibus votis, Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Minorum suffragio suffultis, libenter concedere decrevimus. Quare, audito quoque dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Laurenti, S. Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, ad maiorem Dei gloriam procurandam, ad christianae religionis incrementum et ad cultum eorundem protomartyrum Ordinis Minorum fovendum, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, sanctos Berardum, Petrum, Accursium, Adiutum atque Othonem martyres, Patronos principales totius vicariatus apostolici de Rabat constituimus et declaramus, atque eorum festum die XVI mensis Ianuarii sub ritu duplici primae classis cum octava communi, servatis de cetero rubricis, quotannis in territorio ipsius vicariatus de Rabat celebrandum mandamus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec largimur et statuimus, decernentes praesentes Lit-

Or, Notre Vénérable Frère Henri Vieille, évêque titulaire d'Halmyrus, qui appartient au même Ordre et comme vicaire apostolique de Rabat exerce sa juridiction sur Marrakech, la ville où lesdits martyrs versèrent leur sang pour le Christ, Nous prie instamment de déclarer patrons principaux du vicariat apostolique de Rabat saint Bérard et ses compagnons.

A ce désir qu'appuie la supplique du procureur général de l'Ordre des Frères Mineurs, Nous avons décidé d'acquiescer. C'est pourquoi après avoir entendu Notre cher Fils Camille Laurenti, cardinal prêtre de la Sainte Eglise Romaine, préfet de la S. Congrégation des Rites, toutes choses y relatives pesées avec une attentive sollicitude, en vue de procurer la plus grande gloire de Dieu, d'étendre la religion chrétienne, de favoriser le culte de ces protomartyrs de l'Ordre des Frères Mineurs, de par Notre autorité apostolique, en vertu des présentes Lettres et à titre perpétuel, Nous constituons et déclarons les saints martyrs Bérard, Pierre, Accursius, Adjutus et Othon patrons principaux de tout le vicariat apostolique de Rabat. Nous ordonnons en outre de célébrer le 16 janvier leur fête annuelle sous le rite double de 1^{re} classe, avec octave commune sur le territoire du vicariat apostolique de Rabat, les rubriques par ailleurs restant sauves. Nonobstant toutes choses contraires.

teras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; eidemque vicariatu apostolico nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, atque irritum ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Ianuarii, an. MDCCCXXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

E. card. PACELLI, *a Secretis Status.*

Ainsi en avons-Nous disposé. Nous décidons que les présentes Lettres sont et demeureront toujours fermes, valides et efficaces ; qu'elles ont et garderont leurs effets pleins et entiers ; qu'elles soient une garantie absolue pour le présent et pour l'avenir au vicariat apostolique en question ; qu'il en faut juger et disposer exactement de la sorte ; que vaine et nulle serait dès maintenant toute atteinte éventuelle indûment portée à ces Lettres soit de propos délibéré, soit par ignorance, par qui que ce soit, de quelque autorité qu'il puisse se prévaloir.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 9 janvier 1933, la onzième année de Notre Pontificat.

E. cardinal PACELLI, *Secrétaire d'Etat.*

LITTERA APOSTOLICA

**Praefectura apostolica Guyanae
Gallicae in Vicariatum apostolicum erigitur (1).**

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam.

Quae catholico nomini propagando magis opportuna, pro temporum ac rerum adiunctis, videantur, ea, prout exigit supremum spirituale officium Nostrum, sollicita cura et constanti studio providere satagimus. Quapropter, cum proximis hisce temporibus praefectura apostolica Guyanae Gallicae in America meridionali, tale, Deo favente, ceperit incrementum, ut finitimarum missionum Guyanae Anglicae et Hollandicae statum aequaverit, immo fidelium numero superaverit, precibus quae adhibitae Nobis fuerunt ut eadem praefectura ad gradum vicariatus apostolici canonice elevaretur libenti quidem animo annuendum decrevimus. Ideo, collatis

LETTRE APOSTOLIQUE

**Erection de la préfecture apostolique
de la Guyane française en vicariat apostolique.**

PIE XI, PAPE

Pour perpétuelle mémoire du fait.

C'est avec un soin vigilant et une application continue que Nous prenons à tâche, suivant les exigences de Notre ministère spirituel suprême, de pourvoir à tout ce qui semble le plus opportun, eu égard aux temps et aux événements, pour la diffusion du nom catholique.

Tout récemment la préfecture apostolique de la Guyane française, en Amérique, a pris avec l'aide divine un accroissement tel qu'elle se place sur un pied d'égalité avec les deux Missions voisines, la Guyane anglaise et la Guyane hollandaise, l'emportant même par le nombre des fidèles. Aussi avons-Nous décidé d'accueillir bien volontiers les instances qui Nous ont été adressées pour que fût canoniquement élevée au rang de Vicariat aposto-

(1) A. A. S., vol. XXV, 1933, p. 234.

de hac re consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui negotiis S. Congregationis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque mature perpensis, certa scientia ac matura deliberatione. Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, praefecturam apostolicam Guyanae Gallicae in America meridionali, eodem servato nomine, in vicariatum apostolicum erigimus, eiusdemque curam ex nunc et in posterum, Ordinario caractere episcopali ornato, tribuimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die X mensis Ianuarii an. MDCCCXXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

E. card. PACELLI, *a Secretis Status.*

lique la préfecture en question. C'est pourquoi, après en avoir délibéré avec Nos Vénérables Frères les cardinaux de la Sainte-Eglise Romaine préposés aux affaires de la S. Congrégation de la Propagande, toutes choses mûrement pesées, de science certaine et par une décision réfléchie, dans la plénitude de Notre autorité apostolique, aux termes des présentes Lettres Nous érigeons en vicariat apostolique la préfecture apostolique de la Guyane française, en Amérique méridionale, qui gardera son nom, et Nous en attribuons l'administration dès maintenant et pour l'avenir à un Ordinaire revêtu du caractère épiscopal.

Ainsi en avons-Nous disposé. Nous décidons que les présentes Lettres sont et demeureront toujours fermes, valides et efficaces; qu'elles ont et garderont leurs effets pleins et entiers; qu'elles soient une garantie absolue pour ceux qu'elles concernent ou pourront concerner; qu'il en faut juger et régler exactement de la sorte; que vaine et nulle serait dès maintenant toute atteinte éventuelle portée à ces Lettres, de propos délibéré ou par ignorance par qui que ce soit, de quelque autorité qu'il puisse se prévaloir. Nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 10 janvier 1933, la onzième année de Notre Pontificat.

E. cardinal PACELLI, *Secrétaire d'Etat.*

LITTERAE DECRETALES

Beatæ Mariæ Bernardæ Soubirous, e Congregatione Nivernensi Sororum Caritatis et Institutionis christianæ, sanctorum honores decernuntur (1).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Quidquid Immaculatae Beâtissimæ semper Virginis omnipotentis Dei Matris gloriam prædicat, novo et inexplebili replet gaudio omnes gentes, quæ nunquam eam desinunt conclamare beatam. Quis vero plus ac melius quam piïssima Lapurdensis Virgo, utpote Immaculatae Virginis nuncia, nostris hisce temporibus, per totum catholicum orbem, gloriam illam diffudit, quæ in singularissimo ab omni labe

LETTRES DECRETALES

décernant à la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous, de la Congrégation des Sœurs de la Charité et de l'Instruction chrétienne de Nevers, les honneurs attribués aux saints.

PIE EVEQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

Pour perpétuelle mémoire.

Tout ce qui concourt à glorifier Marie Immaculée, toujours Vierge et toute puissante Mère de Dieu, remplit d'une joie nouvelle et insatiable toutes les nations qui ne cessent jamais de la proclamer bienheureuse. Mais qui, plus et mieux que la très pieuse vierge de Lourdes, en sa qualité de messagère de la Vierge Immaculée, a propagé à notre époque, à travers le monde catholique, cette gloire qui resplendit souverainement dans le privilège abso-

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 73.

immunis Deiparae Conceptionis privilegio quam maxime refulget ? Iamvero quemadmodum respexit Deus *humilitatem Ancillae suae*, ita angelorum hominumque Regina humilitatem respexit famulae suae Mariae Bernardae Soubirous, ubique terrarum blandulo *Bernadette* nomine gallice vocitatae. Quae in dioecesis Tarbiensis in Gallia oppido Lourdes nata die septima Ianuarii mensis, anno millesimo octingentesimo quadragesimo quarto, e Francisco et Aloisia Castérot parentibus, pauperibus quidem, at morum honestate et religione praestantibus, biduo post lustralibus aquis regenerata est. Inde iam ab infantia illa adversis fuit obnoxia vicibus. Sextum namque vix mensem attingentem, mater eam tradere cogitur nutrici, cui nomen Maria Lagües-Aravant e vico Bartrès, optimis moribus et christiana religione imbutae, quae, infante suo orbata, per quindecim menses maternas curas et amorem erga puellam contulit. Infantula ad suos reversa, ob rei familiaris inopiam, curis et alimentis opportunis deficientibus, infirma coepit valetudine laborare, qua usque ad obitum excruciatam fuit. Aetate et gratia interim succrescebat puella, quae labente anno millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo ad famulatum prius apud suam amitam Bernardam, dein penes suam nutricem adigitur postea vero ad ovium quoque ac agnorum praecipue custo-

lument unique de la Conception immaculée de la Mère de Dieu ? De plus, de même que Dieu a jeté les yeux sur *la bassesse de sa servante*, de même la Reine des anges et des hommes a jeté les yeux sur la bassesse de sa servante Marie-Bernard Soubirous, appelée dans le monde entier, en français, du nom gracieux de *Bernadette*.

Celle-ci, née à Lourdes, petite ville du diocèse de Tarbes (en France), le 7 janvier 1844, de François Soubirous et de Louise Castérot, des parents pauvres, en vérité, mais remarquables par l'honnêteté des mœurs et la piété, fut régénérée deux jours plus tard par l'eau baptismale.

Dès son enfance, elle fut aux prises avec l'adversité. En effet, elle atteignait à peine son sixième mois que sa mère fut forcée de la confier à une nourrice, nommée Marie Lagües-Aravant, du village de Bartrès ; c'était une femme d'une parfaite moralité, tout imprégnée de religion chrétienne. Ayant perdu son enfant, elle reporta sur cette fillette, pendant quinze mois, ses soins et son amour maternels.

Revenue près des siens, l'enfant, privée par suite de la pauvreté de sa famille des soins et des aliments nécessaires, commença à souffrir d'un état maladif qui devait l'éprouver doulou-

diam adhibetur. Absque ulla litterarum cognitione et fidei rudimenta vix edocta, sive domi, sive apud nutricem, omnia suae aetatis munera virtutesque perfectissime exercuit. Indoles quidem erat ei prompta et vivida, sed obedientia adeo praefulsit ut numquam in eam peccare visa sit. Modestia autem, ingenuitate, morum suavitate, vitaeque innocentia ita excelluit, ut omnibus admirationi fuerit. Praeterea, quamvis illius institutio neglecta fuit, nihil tamen ipsa omisit ut dominicam precationem, salutationem angelicam, symbolum ac marialis rosarii recitationem probe addisceret ; quibus orationibus, rosario praesertim, magnopere intentam se exhibuit. Desiderio quoque primitus sese angelorum Pane enutriendi flagrans, e pago Bartrès ad suos reverti institit, ut ad illum suscipiendum se pararet.

Iamvero mirum non est si Deipara Immaculata, simplicitatem humilitatemque Bernardulae demirata, eam pluribus apparitionibus et alloquiis recreavit ; quae quidem quomodo evenerint, quum omnibus nota et luce clariora et quam plurimis miraculis comprobata sint, pauca tantum Nobis de illis enarrare liceat.

reusement jusqu'à la mort. Dans l'intervalle, la jeune fille croisait en âge et en grâce. A la fin de l'année 1857, elle dut entrer en service, d'abord chez sa tante Bernarde, puis chez sa nourrice ; par la suite, elle fut aussi employée surtout à la garde des brebis et des agneaux.

Absolument illettrée et à peine instruite des éléments de la religion, elle pratiqua à la perfection, soit près des siens, soit chez sa nourrice, tous les devoirs et toutes les vertus de son âge. Sans doute, elle était d'un naturel emporté et vif, mais l'obéissance brilla en elle à tel point que jamais on ne la vit pécher contre cette vertu. Au contraire, sa modestie, sa simplicité, la douceur de ses mœurs et l'innocence de sa vie étaient si remarquables qu'elle était pour tous un objet d'admiration. De plus, si négligée qu'eût été sa formation, elle fit tout son possible pour apprendre parfaitement l'*Oraison dominicale*, la *Salutation angélique*, le *Symbole des Apôtres* et la récitation du chapelet : dans ces prières, et principalement dans la récitation du chapelet, elle montrait beaucoup d'application. Enflammée aussi par-dessus tout du désir de se nourrir du Pain des anges, elle insista pour revenir du village de Bartrès vers les siens, afin de se préparer à le recevoir.

Dès lors, rien d'étonnant si la Mère de Dieu, la Vierge immaculée, admirant la simplicité et l'humilité de Bernadette, la favorisa de plusieurs apparitions et de plusieurs entretiens. Comme ces événements sont connus de tous et plus clairs que le jour,

Primo apparitionis die, qui fuit undecimus Februarii mensis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo, quarto nempe a dogmatica definitione de Immaculata Beatæ Mariæ Virginis Conceptione, pleno meridie, Bernardula una cum sorore Antonia et amica Ioanna Abadie, ad specum Massabielle, ad sinistram Gavi fluminis ripam, prope Lapurdum oppidum, arida ligna colligens, cum pervenisset, extemplo strepere circa se et permisceri omnia, quasi ventorum vi subito coorta sentiens, cum, contra id quod sentiebat, quieta omnia atque immota cerneret, huc illuc volvens oculos ac forte aciem in specum intendens, matronam conspicit, humana specie longe nobiliorem, albo velamine frontem redimitam, utrimque circa humeros defluente veste indutam nive candidiore, una cum caeruleo circa latera cingulo in simplicis nodi modum religato, bipartito ad pedes descendente, atque rosarii coronam manu gestantem. Obstupescens puella tanta percussa mentem imagine et allucinationibus se credens obnoxiam ad signum crucis, firmissimum adversus diabolicas fraudes munimentum, confugit. Verum non ante id efficere potuit, quam pia Mater ipsa se signo crucis

et attestés par des miracles sans nombre, il Nous suffira de rappeler en peu de mots comment ils se produisirent.

Le premier jour de l'apparition, qui fut le 11 février de l'année 1858, c'est-à-dire quatre ans après la définition du dogme de la Conception immaculée de la bienheureuse Vierge Marie, en plein midi, Bernadette, accompagnée de sa sœur Antoinette et de son amie Jeanne Abadie, était allée pour chercher du bois mort à la grotte Massabielle, sur la rive gauche du Gave, près de la ville de Lourdes ; tout à coup, elle sent autour d'elle tous les objets s'agiter avec bruit, comme soulevés subitement par un vent violent, alors que, contrairement à ce qu'elle éprouvait, elle voyait ces mêmes objets tranquilles et immobiles. Comme elle jetait les yeux ici et là, voilà que, dirigeant par hasard ses regards vers la grotte, elle aperçoit une Dame, d'un aspect beaucoup plus noble que celui d'un être humain. Cette Dame avait le front ceint d'un voile blanc tombant doucement des deux côtés autour des épaules. était vêtue d'une robe plus blanche que neige avec une ceinture bleue nouée simplement autour de la taille, et dont les extrémités descendaient séparément vers les pieds, et elle tenait à la main un chapelet.

Frappée de stupeur devant une telle apparition, l'enfant, se croyant en proie à des hallucinations, recourut au signe de la croix, le moyen de défense le plus sûr contre les pièges du démon. Mais elle n'avait pas eu le temps de le faire que, de son côté, la pieuse Mère se signait et, déroulant le chapelet entre ses doigts,

signavit atque ad sacri Rosarii recitationem, coronam manu advolvens, exemplo suo puellam excitavit. Quod in ceteris etiam apparitionibus, quæ duæ de viginti fuere, præstitit. Altero autem apparitionis die puella, in cordis sui simplicitate, diabolicam fraudem timens, lustralem aquam in matronam effudit ; sed beata Virgo, leniter arridens, benigniorem illi vultum ostendit. Cum vero tertium apparuisset, puellam ad specum per quindecim dies invitavit, et sæpius eam alloquuta pro peccatoribus orare, terram deosculari, paenitentiam agere est hortata : deinde imperavit ut sacerdotibus ediceret aedificandum ibi esse sacellum, solemnisque supplicationis more illuc accedendum. Mandavit insuper ut e fonte, qui sub terra adhuc latebat, sed mox erat erupturus, aquam biberet eaque se abstergeret. Denique festo die Mariæ ab angelo salutatae, sciscitanti enixe puellæ suum nomen beatissima Virgo, palmis iunctis pectori, admotis sublatisque ad caelum oculis ac paululum erga puellam acclinis « Ego sum — inquit — Immaculata Conceptio ». Interea alia mira, stupentibus omnibus, non defuere : siquidem præter eruptum e terra fontem, cuius aqua hausta non pauci infirmi sanitatem recuperant, cereus accensus minime offendit puellæ digitos, quæ, in ecstasim rapta, in aliam fere naturam con-

incitait l'enfant, par son exemple, à la récitation du rosaire. Elle fit de même dans les autres apparitions qui furent au nombre de dix-huit. Mais, le jour de l'apparition suivante, la jeune fille, redoutant dans la simplicité de son cœur une ruse diabolique, jeta de l'eau bénite vers la Dame. La bienheureuse Vierge, souriant doucement, lui montra un visage encore plus bienveillant.

Lors de la troisième apparition, elle invita Bernadette à venir à la grotte pendant quinze jours, et, s'entretenant fréquemment avec elle, l'exhorta à prier pour les pécheurs, à baiser la terre, à faire pénitence ; elle lui commanda ensuite d'aller annoncer aux prêtres qu'il fallait édifier en ce lieu une chapelle où l'on devait venir en solennelles processions de supplication. Elle lui prescrivit en outre de boire de l'eau de la source qui restait encore cachée sous terre, mais qui allait bientôt jaillir, et de s'y laver. Enfin, en la fête qui rappelle le jour où Marie fut saluée par l'ange, la Bienheureuse Vierge, comme l'enfant lui demandait son nom avec insistance, joignit les mains contre sa poitrine, remua les yeux et les dirigea vers le ciel, puis, se penchant un peu vers la jeune fille : « Je suis, lui dit-elle, l'Immaculée Conception. »

Pendant ce temps, d'autres prodiges se produisirent, à l'étonnement de tous : car, outre la fontaine qui avait jailli du sol,

versa ac veluti angelus videbatur ; et, percrebrescente beneficiorum fama, quae in sacro specu a fidelibus recepta dicebantur, in dies augebatur hominum concursus, quos loci religio ad Massabielle specum vocabat. Itaque prodigiorum fama et Bernardulae candore motus Tarbiensis Episcopus, iuridica instituta inquisitione, quarto ab enarratis anno, die octava Ianuarii mensis, in hanc devenit sententiam : *Immaculata Dei Mater revera apparuit Bernardae Soubirous die undecima Februarii, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo et sequentibus... ; et fideles certi de apparitionis veritate esse possunt : atque Virginis Immaculatae cultum in eodem specu permisit.*

Verum ob ipsas mirandas apparitiones et ob frequentiore in dies ex totius orbis catholici regionibus ad specum concursum, plura Dei Famula incommoda ac molestias perferre coacta est praesertim a civili magistratu publicae securitatis ratione ; cunq̄ue supernaturalibus accedentibus signis, magis succresceret in populo puellam tanto privilegio donatam videndi cupiditas, loci parochus eam omnibus ventitantibus subducere pro viribus adlaborans, in Lapurdense Nivernen-

et qui rendit la santé à de nombreux malades qui ont bu de son eau, un cierge allumé ne brûla aucunement les doigts de l'enfant, laquelle, ravie en extase, semblait presque avoir acquis une autre nature et ressemblait à un ange. Le bruit des faveurs qui, disait-on, avaient été obtenues par les fidèles dans la Grotte par les fidèles se répandait, et l'afflux des hommes que la sainteté du lieu attirait à la Grotte Massabielle augmentait de jour en jour. C'est pourquoi, poussé par le bruit des prodiges et par la candeur de Bernadette, l'évêque de Tarbes, après avoir procédé à une enquête juridique, la quatrième année après les événements rappelés plus haut, prononça le 18 janvier le jugement suivant : *« L'Immaculée Mère de Dieu a réellement apparue à Bernadette Soubirous, le 11 février 1858 et jours suivants... et cette apparition... les fidèles sont fondés à la croire certaine. »* Aussi il permit d'honorer dans cette même grotte la Vierge immaculée.

Mais, en raison de ces apparitions étonnantes et du concours, de jour en jour plus fréquent, des foules de toutes les régions du monde catholique vers la grotte, la Servante de Dieu dut supporter beaucoup de difficultés et de peines, principalement de la part de l'autorité civile, sous le prétexte de la tranquillité publique. Et comme, en raison de nouveaux prodiges surnaturels, grandissait de plus en plus dans la foule le désir de voir une jeune fille qui avait été l'objet d'un si grand privilège, le curé du lieu employa ses efforts pour la soustraire à tous les visiteurs. Il la fit admettre comme pensionnaire à l'hospice que dirigeaient

sium Sororum Caritatis et Institutionis Christianae hospitium veluti alumnam excipiendam curavit, ibique illa sacram synaxim, ad quam magna cum diligentia sese paraverat, die tertia Iunii mensis angelica pietate primum recepit ; atque per annos sex religionis ac litterarum studio et exercitiis sedulo incumbens, aegris quoque opem ac solatium attulit. Interea gravi morbo correpta et a medicis conclamata, sumptis nonnullis aquae guttulis ex prodigioso fonte haustae, illico sanitati restituitur, quin tamen unquam perfectam sanitatem adepta sit, potissimum ob asthmaticum morbum, quem aequo animo usque ad extremos mortalis aevi dies constanter tulit.

Anno dein millesimo octingentesimo sexagesimo quarto, consilio et auctoritate Nivernensis antistitis, qui cum ea de religiosa vita amplectanda iam egerat obiectasque difficultates explanaverat, inter quas supra diximus Sorores de Nevers enixe admitti postulavit ; attamen adversae valetudinis causa per biennium adhuc in Lapurdensi praefato hospitio permanere debuit, ubi tanquam religiosam sese gerens sollicitam de aegrotis curam habuit. Tandem voti composita, mense Julio, anno millesimo octingentesimo sexagesimo sexto, specu de Massabielle ac suae institutionis hos-

à Lourdes les Sœurs de la Charité et de l'Instruction chrétienne de Nevers. Là, l'enfant reçut pour la première fois, le 3 juin, avec une piété angélique, la sainte Eucharistie, acte auquel elle s'était préparée avec un grand soin. Là encore, pendant six ans, elle s'appliqua avec ardeur à l'étude et à la pratique de la religion et des connaissances humaines, et se dévoua au service et au soulagement des malades. Sur ces entrefaites, elle fit une grave maladie et fut abandonnée par les médecins ; mais, ayant pris quelques gouttes d'eau puisées à la source miraculeuse, elle recouvra aussitôt la santé, sans cependant qu'elle dût jamais connaître une santé parfaite, principalement à cause d'un asthme qu'elle supporta constamment avec égalité d'âme, jusqu'à la fin de ses jours.

Par la suite, en 1864, sur le conseil et par l'autorité de l'évêque de Nevers, qui avait déjà traité avec elle de son accès à la vie religieuse et aplani les difficultés rencontrées, elle sollicita avec instance son admission chez les Sœurs de Nevers dont il a été parlé plus haut. Cependant, à cause de son mauvais état de santé, elle dut rester pendant deux années encore dans l'hospice de Lourdes. Elle s'y comportait comme une religieuse et y soignait les malades avec dévouement. Réalisant enfin son vœu, au mois de juillet 1866, elle salua une dernière fois et abandonna, pour suivre le divin appel, la Grotte de Massabielle et l'hospice où elle

nitio summopere sibi dilectis, ut divinae vocationi obtemperaret, consalutatis atque relictis, Nivernum petiit, atque novitiatum magna cum laetitia ingressa est. Postridie, antistita iubente, coram omnibus sororibus apparitiones omnes, quibus Immaculata Dei Mater sese frui dignata fuerat, candide et simpliciter enarravit, eam praesertim mirum in modum referens, in qua suum Deipara nomen manifestavit ; ac deinceps de iisdem apparitionibus, nisi obedientia adacta, haud amplius loquuta est.

Sacro habitu suscepto, magnoque cum fervore tyrocinio inito, in lethalem morbum incidit ; qua de re professionem religiosam in extremis emisit ; quam postea, sanitate recuperata et absoluto novitiatu anno, rite renovavit perfecitque die tricesima Octobris mensis, anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo, Mariae Bernardae nomine retento. Eo autem tempore exemplar sese exhibuit tum in regulari disciplina servanda, tum in omnibus christianis virtutibus, obedientia potissimum, exercendis. Vividam indolem, quam sortita erat, fortiter compescuit ; ac semper hilarem et comitem sese sodalibus praebuit ; animadversiones, molestias, diuturnamque humiliationum segetem singulari patientia tulit : sed semper humilis atque obediens, numquam in

avait été formée, l'un et l'autre particulièrement chers à son cœur. Elle se rendit à Nevers et entra au Noviciat avec une grande joie. Le lendemain, sur l'ordre de la supérieure, devant toutes les Sœurs, elle raconta avec candeur et simplicité chacune des apparitions dont l'Immaculée Mère de Dieu avait daigné la favoriser, relatant surtout, d'une manière admirable, celle dans laquelle la Mère de Dieu avait fait connaître son nom. Dorénavant, elle ne parla plus de ces apparitions, à moins qu'elle n'y fût forcée par l'obéissance.

Après avoir reçu le saint habit et commencé son noviciat avec une grande ferveur, elle fut atteinte d'une maladie mortelle ; pour ce motif, elle prononça *in extremis* sa profession religieuse. Plus tard, ayant recouvré la santé et terminé l'année de noviciat, elle renouvela l'émission de ses vœux et la compléta régulièrement le 30 octobre 1867, prenant désormais le nom de Sœur Marie-Bernard.

A cette époque, elle se montra un modèle, non seulement dans l'observance de la discipline régulière, mais encore dans la pratique de toutes les vertus chrétiennes, de l'obéissance en particulier. Elle refréna courageusement la vivacité de caractère dont elle avait hérité, se montra toujours gaie et affable avec ses compagnes, supporta avec une patience singulière les observations, les difficultés et les nombreuses et constantes humiliations. Mais,

adversis et simultatibus conquesta est, monita castigatio-
nesque etsi indebitas libenter excipiebat atque mandata
omnïa, quamquam cum gravi sui incommodo, adamussim
exsequabatur, et sive valetudinario infirmorumque adsis-
tentiae, sive sacrario addicta, sibi commissa munera diligen-
tissime, licet infirma, semper exsequi studuit. Silentii rigida
custos, ingenuitate, modestia morumque innocentia supra
modum emicuit, susceptamque in baptisinate stolam ad
obitum usque candidam servavit. Umbratilis vitae cupida,
quamquam eius nomen extra religiosam domum in celebri-
tatem per universum orbem pervenerat, nihil antiquius
habuit quam ab hominum oculis procul abesse ; qua de re
advenas ad se confluentes et colloquutorium, ad quod nonnisi
ex obedientia accedebat, aufugere studuit, et a vana gloria
semper se incolumem immunemque servavit. In heroica
itaque virtutum omnium, uti diximus, exercitatione, inter
molestos morborum cruciatus vim sumebat ac solatium ex
intensissimo quo flagrabat amore erga Passionem Domini,
sanctissimam Eucharistiam et Virginem Immaculatam : ac
ita ad annum pervenit millesimum octingentesimum septua-
gesimum octavum, quo anno, die Septembris mensis vicesima

toujours humble et obéissante, jamais elle ne se plaignit quand
elle se trouvait en butte à l'adversité ou aux inimitiés ; elle rece-
vait de bon gré les avertissements et les punitions, bien qu'im-
mérités, exécutait ponctuellement tous les ordres, même s'il en
résultait pour elle un grave dommage. Soit quand elle était atta-
chée au service de l'infirmerie et des malades, soit lorsqu'elle
avait à s'occuper de la sacristie, elle s'appliqua toujours, bien
que malade elle-même, à exécuter avec le plus grand soin les
tâches qui lui étaient confiées. Gardienne rigide du silence, elle
brilla éminemment par son ingénuité, sa modestie et l'innocence
de ses mœurs et conserva dans sa blancheur, jusqu'à la mort, la
robe de l'innocence qu'elle avait reçue au baptême. Désirant
la vie cachée, quoique son nom fût célèbre hors de son couvent
dans le monde entier, elle n'eut rien tant à cœur que d'échapper
aux regards des hommes. Pour ce motif, elle s'efforçait d'éviter la
présence des étrangers qui accouraient pour la voir. Elle ne se
rendait jamais au parler que par obéissance, elle se garda tou-
jours pure de tout sentiment de vaine gloire.

Dans cette pratique héroïque de toutes les vertus, ainsi que
Nous l'avons dit, au milieu des rudes souffrances causées par les
maladies, elle trouvait force et consolation dans l'ardent amour
qui l'enflammait à l'égard de la Passion de Notre-Seigneur, de la
sainte Eucharistie et de la Vierge immaculée. C'est ainsi qu'elle

secunda, maximo animi solatio vota perpetua nuncupavit. Sequenti autem anno, mense Aprili, morbo quo excruciabatur magis ac magis invalescente ac aliis aerumnis et doloribus, ut purior hostia efficeretur, afflictata, sextadecima die mensis Aprilis, ad extrema deducta, atque Ecclesiae sacramentis piissime susceptis, Immaculatae Virginis ope humiliter invocata, placidissimo exitu ad caelestis Agni, *qui pascitur inter lilia*, nuptias evolavit, magnam post se virtutum et sanctitatis relinquens famam. Quam quidem Deus omnipotens caelestibus signis, quibus Ancillam suam iam viventem illustrare voluit, multipliciter confirmare dignatus est.

Vulgato namque Sororis Mariae Bernardae obitus nuntio, tota commota est civitas Nivernensis ; omnes turmatim confluere coeperunt ad cadaver invisendum, quod flexibile, vividum, naturalem servans colorem perstitit, nec ullum efflavit, etsi quatrduanum, gravem odorem : omnes demortuam virginem sanctam conclamabant, eiusque precibus se commendabant. Iustis autem funebribus peractis, cadaver triumphali pompa delatum in sacello Sancti Ioseph intra monasterii Nivernensis septa conditum est ; ac illius sepulcrum mox ob mira non pauca et frequentissimum populi con-

parvint à l'année 1878, au cours de laquelle, le 22 septembre, elle prononça ses vœux perpétuels avec les plus grandes joies de l'âme. Mais l'année suivante, au mois d'avril, la maladie dont elle souffrait allant croissant, affligée par d'autres épreuves douloureuses qui devaient faire d'elle une victime plus pure, le 16 de ce mois elle se trouva à toute extrémité ; elle reçut avec une très grande piété les sacrements de l'Église et, après avoir invoqué avec humilité le secours de la Vierge immaculée, son âme s'envola d'une façon très paisible vers les noces du céleste Agneau *qui pait au milieu des lis*. Elle laissait derrière elle un grand renom de vertu et de sainteté. Ce renom, le Dieu tout-puissant daigna le confirmer à maintes reprises par des prodiges célestes dont il avait voulu honorer sa Servante même de son vivant.

En effet, lorsque se répandit le bruit de la mort de Sœur Marie-Bernard, toute la ville de Nevers en fut émue ; les habitants commencèrent à accourir en groupes pour voir le corps qui resta flexible et comme vivant, gardant sa couleur naturelle et n'exhalant aucune odeur pénible, même au bout de quatre jours. Tous proclamaient sainte la vierge qui était morte et se recommandaient à ses prières.

Après des funérailles faites dans la forme qui convenait, le corps, porté comme en triomphe, fut déposé dans l'oratoire Saint-Joseph, à l'intérieur des murs du monastère de Nevers. Le tombeau de Sœur Marie-Bernard devint bientôt glorieux en raison

cursum gloriosum evasit ; intercedente namque venerabili Dei Famula, non paucas prorsus mirabiles sanationes a morbis dirissimis a Deo patratas contigisse dicebantur. Quare de Caelitum honoribus Mariae Bernardae Soubirous decernendis causa agitari coepta est apud S. Rituum Congregationem, atque, processibus Ordinaria potestate rite confectis, s. m. Pius Papa Decimus, Antecessor Noster, per decretum die tertiadecima Augusti mensis, anno millesimo nongentesimo decimo tertio datum, Causae introductionis Commissionem signavit. Processus continuo Apostolica auctoritate super virtutibus et miraculis venerabilis Servae Dei, opera potissimum sollertis dilecti filii Ludovici Copéré, tum Societatis Mariae Procuratoris generalis et Causae Postulatoris, adornati sunt, ac omnibus, de iure stricte servatis, Nos anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio, die decima octava mensis Novembris, Dei Ancillae virtutum heroicitem sollemniter sancivimus. De miraculis dein a Deo, illa intercedente, uti ferebatur, patratas actum est iudicium ; ac duo, ad eius Beatificationem obtinendam proposita, severissimo processu ponderata atque discussa sunt, Nosque suprema Nostra auctoritate de illis, nempe de *instantanea perfecta que sanatione Henrici Boisselet a tuberculosi formae acutae, cum cavernae*

de nombreux prodiges et des visites continuelles de nombreux fidèles. On disait, en effet, que, par l'intercession de sa vénérable Servante, Dieu avait opéré plusieurs guérisons tout à fait étonnantes de redoutables maladies.

Aussi commença-t-on à discuter près de la S. Congrégation des Rites sur l'attribution à Marie-Bernard Soubirous des honneurs rendus aux saints, et une fois les procès régulièrement instruits par l'autorité de l'Ordinaire, Pie X, Notre prédécesseur de sainte mémoire, en vertu d'un décret en date du 13 août 1913, signa la Commission d'introduction de la Cause. Immédiatement après furent instruits, par l'autorité apostolique, les procès sur les vertus et les miracles de la vénérable Servante de Dieu, grâce surtout au zèle de Notre cher fils Louis Copéré, alors procureur général de la Société de Marie et postulateur de la Cause, et toutes les prescriptions de droit ayant été observées, Nous-même, en l'an 1923, le 18 novembre, Nous avons reconnu solennellement l'héroïcité des vertus de la Servante de Dieu. Suivit le procès sur les miracles que l'on disait avoir été opérés par Dieu à la suite de l'intercession de sa Servante. Deux d'entre eux, proposés en vue de sa béatification, furent examinés et discutés dans un procès très sévère, et Nous-même, en vertu de Notre autorité suprême, Nous Nous prononçâmes à leur sujet. Par un décret en date du

occlusionone; atque de instantanea perfectaue sanatione sororis Melaniae Mariae Meyer, e Congregatione divinae Providentiae, ad ulcere in stomacho, per decretum kalendis Maiis, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto editum, plene constare solemniter ediximus.

Sancito itaque venerabilis Mariae Bernardae heroico virtutum gradu, ac de duobus praefatis miraculis prolata sententia, nihil aliud ad actorum seriem perficiendam supererat, discutiendum, nisi an *tuto* ad eiusdem Servae Dei procedi posset solemnem Beatificationem. Proposito igitur dubio a cl. m. Antonio Cardinale Vico, episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, SS. Rituum Congregationis praefecto et Causae Relatore, in generalibus comitiis, coram Nobis in Vaticana aula habitis, die duodecima Maii mensis ipsius anni, omnes qui convenerant, tum Patres Cardinales, tum Officiales et Consultores, unanimiter affirmativum protulerunt suffragium; Nos vero superni luminis praesidium impensius exoraturi, Nostram aperire mentem distulimus; quam quidem postmodum patefacere statuimus; ac insequentis mensis die secunda, Pacis Hostia devotissime oblata, accitis et adstantibus quem supra diximus Cardinale Vico,

1^{er} mai 1925, Nous déclarâmes solennellement qu'il constait pleinement de *la guérison instantanée et parfaite d'Henri Boisselet, atteint de périlonite tuberculeuse de forme aiguë, avec occlusion intestinale, et de la guérison instantanée et parfaite de Sœur Mélanie-Marie Meyer, de la Congrégation de la Divine Providence, atteinte d'un ulcère à l'estomac.*

Une fois sanctionnée l'héroïcité des vertus de la vénérable Marie-Bernard et publié le décret sur les deux miracles rapportés ci-dessus, il ne restait plus à discuter, pour compléter la série des actes du procès, qu'une seule question : si l'on pouvait en toute sûreté procéder à la béatification solennelle de la Servante de Dieu. C'est pourquoi, le « doute » ayant été proposé par le cardinal Antoine Vico, d'illustre mémoire, évêque de Porto et Sainte-Rufine, préfet de la S. Congrégation des Rites et ponent de la Cause, dans la Congrégation générale tenue en Notre présence, au Palais du Vatican, le 12 mai de la même année, tous ceux qui s'y trouvaient, tant les cardinaux que les officiers consultants, donnèrent à l'unanimité un suffrage affirmatif. Pour Nous, voulant implorer plus ardemment le secours de la lumière d'en haut, Nous avons différé de faire connaître Notre jugement. Cependant, nous décidâmes de le rendre public peu de temps après, et, le 2 du mois suivant, après avoir offert aussi pieusement que possible l'Hostie pacifique, ayant mandé et fait venir le cardinal Vico, déjà nommé, et le secrétaire de la S. Congrégation des

nec non SS. Rituum Congregationis a Secretis, Alexandro Verde, in praesens S. R. E. Cardinale, et b. m. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, *tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servae Dei Sororis Mariae Bernardae Soubirous Beatificationem* Apostolica auctoritate decrevimus. Cuius Beatificationis sollemnia eodem piaculari anno, quarta decima die Iunii mensis, in Patriarchali Basilica Vaticana, cum frequentissimo populi concursu et iubilo, peracta fuerunt.

Insequenti autem anno, quum alia mira, Beatae Mariae Bernardae patrocinio implorato, ab omnipotente Deo, patrata dicerentur, die nona Iunii mensis, Causa, dilecti filii Iulii Grimal, Societatis Mariae Adsisistentis et Procuratoris generalis et novi eiusdem Causae Postulatoris sedula opera, reasumpta est; ac duae prodigiosae sanationes, quae Niverni una, Lapurdi altera, evenerunt, selectae sunt ad Eius obtinendam Canonizationem. Processibus itaque tum Niverni, tum Carthagine et in curia Tarbiensi constructis, S. Rituum Congregatio de eorum iuridica vi favorable decretum edidit. Mira prior sanatio Niverni accidit. Venerabilis frater, Alexius Lemaître, Archiepiscopus Carthaginensis, e dioecesi Nivernensi oriundus, abhinc decem et amplius annis gravi

Rites, Alexandre Verde, actuellement cardinal de la Sainte Eglise Romaine, et Ange Mariani, de pieuse mémoire, promoteur général de la foi. Nous décrétâmes, en vertu de Notre autorité apostolique, qu'il pouvait être procédé en toute sûreté à la *béatification solennelle de la vénérable Servante de Dieu Sœur Marie-Bernard*. Les solennités de la béatification eurent lieu en cette même année expiatoire, le 14 juin, dans la Basilique patriarcale vaticane, au milieu d'un grand concours de peuple, empressé et joyeux.

L'année suivante, comme on parlait d'autres miracles du Dieu tout puissant, obtenus, disait-on, après recours au patronage de la bienheureuse Marie-Bernard, le 9 juin, la Cause fut reprise par l'entremise zélée de Notre cher Fils Jules Grimal, assistant et procureur général de la Société de Marie et nouveau postulateur de cette même Cause; deux guérisons prodigieuses, qui s'étaient produites l'une à Nevers, l'autre à Lourdes, furent choisies pour obtenir sa canonisation. C'est pourquoi, des procès ayant été instruits tant à Nevers et à Carthage que près de la curie épiscopale de Tarbes, la S. Congrégation des Rites rendit un décret favorable touchant leur valeur juridique.

La première guérison se produisit à Nevers. Notre vénérable Frère, Alexis Lemaître, archevêque de Carthage et originaire du diocèse de Nevers, souffrait depuis plus de dix ans d'une grave

amoebica laborabat contagione, qua, in tropicalibus regionibus antea Apostolici Vicarii munere fungens, correptus fuerat. Plures adhibitae medicae artis curationes incassum cesserunt, et morbus in dies alternis vicibus ingravescens medicorum sententia insanabilis est renuntiatus. Cum vero Antistes ille, fere tres post menses a decreta Beatae Mariae Bernardae veneratione, Niverni esset ubi tridua peragebantur sollemnia, Beatae corporis translationi interesse voluit; ac multis pro ipsius sanatione deprecantibus, in instanti perfecto convaluit, ita ut florentissima dein valetudine ac virium robore in actuosissimo vitae genere, quo antea, impigre iam tot annos frui valeat, uti periti ex officio et plures testes luculenter demonstrant.

Lapurdi evenit miraculum alterum. Soror quaedam ex Instituto Sororum a Bono Pastore, cui nomen Maria a Sancto Fidele, in saeculo Amata Baugé, tuberculari affecta diathesi, Augusto mense, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto appendicotomiam feliciter subiit. Duos post menses prioribus alterius morbi symptomatibus tubercularis naturae in dextero genu et dorsuali spina tentari coepit, in qua praesertim adeo morbus invaluit, ut medicus a curatione illum

infection amibienne qu'il avait contractée alors qu'il remplissait antérieurement les fonctions de vicaire apostolique dans les régions tropicales. C'est en vain que plusieurs traitements médicaux avaient été suivis, et la maladie, s'aggravant de jour en jour, fut déclarée incurable de l'avis des médecins. Mais, trois mois environ après la béatification de la bienheureuse Marie-Bernard, le prélat, se trouvant à Nevers où était célébré un triduum solennel, voulut assister à la translation du corps de la Bienheureuse, et tandis que beaucoup priaient pour sa guérison, instantanément il se trouva parfaitement rétabli, de telle sorte que, dans la suite, il eut le bonheur de bénéficier sans arrêt, depuis plusieurs années déjà, d'une santé très florissante et de la pleine vigueur de ses forces dans un genre de vie aussi actif que précédemment, comme l'attestent à l'évidence les experts, nommés d'office, et aussi plusieurs témoins.

Le second miracle se produisit à Lourdes. Une religieuse de l'Institut des Sœurs du Bon-Pasteur, du nom de Marie de Saint-Fidèle, dans le siècle Aimée Baugé, atteinte de diathèse tuberculeuse, subit avec succès l'opération de l'appendicite, au mois d'août 1926. Deux mois après, des symptômes d'une autre maladie de nature tuberculeuse commencèrent à la faire souffrir au genou droit et à l'épine dorsale. Dans cette dernière partie surtout, le mal prit une telle gravité que le médecin traitant déclara la guérison impossible par les seules forces de la nature, sinon, peut-être.

naturae viribus, nisi forte post longum temporis spatium, sanari non posse edixerit ; quae quidem sententia, veluti ex iudicialibus actis constat, plene confirmata est. Cum vero infirmae conditiones in peius ruerent ac remedia adhibita nihil proficerent, ad caelestia auxilia tum Sororum antistita tum ipsa aegrotata recurrendum duxerunt : et Beatae Bernardae Soubirous invocatum est patrocinium. In illius igitur honorem secunda die mensis Februarii, anno millesimo non-gentesimo vicesimo octavo, novendiales preces a tota communitate in ipso infirmae cubiculo coram Beatae ipsius imagine effusae sunt, applicita quoque eiusdem reliquia in spina dorsuali et genu aegrotatae. Quae quinta novendialium precum die, hora sexta post meridiem, subito sanatam se sensit, cum dolores in spina et genu evanuisent ; sequenti autem die mane e lectulo surgere potuit, et ad perfectam sanationem comprobendam, non palpari tantum, sed et validis ictibus in dorso percuti voluit et aliquantisper saltare. Medicus a curatione et alii periti physici eam accuratissime explorantes, cum nullum morbi residuum invenissent, naturae viribus sanationem hanc tribui posse concorditer negaverunt, miraculum quidem agnoscentes.

De utraque ideo sanatione, Ponente seu Relatore dilecto

après un long espace de temps. Ce jugement, comme il résulte des pièces du procès, se trouva pleinement confirmé. Mais, comme l'état de la malade empirait et que les remèdes employés ne produisaient aucun effet, la supérieure des religieuses et la malade elle-même jugèrent qu'il fallait recourir au secours divin, on invoqua le patronage de la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous. C'est pourquoi une neuvaine de prières en son honneur fut commencée, le 2 février 1928, par toute la communauté, dans la chambre même de la malade, devant une image de la Bienheureuse ; des reliques d'elle furent aussi appliquées sur l'épine dorsale et le genou de la Sœur malade. Celle-ci, le cinquième jour de la neuvaine, à 6 heures du soir, se sentit subitement guérie, alors que les douleurs dans l'épine dorsale et le genou avaient disparu. Le lendemain matin, elle peut quitter le lit, et, afin de bien prouver sa parfaite guérison, elle voulut non seulement qu'on la palpât, mais encore qu'on lui donnât des coups vigoureux sur le dos ; elle tint même à exécuter quelques sauts. Le médecin traitant et les autres experts médicaux l'examinèrent avec beaucoup de soin, et, n'ayant trouvé aucune trace de maladie, ils nièrent, d'un commun accord, que cette guérison pût être attribuée aux forces naturelles, et ils reconnurent le miracle.

De cette double guérison, dont Notre cher Fils Alexandre Verde,

filio Nostro S. R. E. Cardinale Alexandro Verde, in tribus, uti iuris est, Congregationibus disceptatum est; quarum ultima, Generalis, quam vocant, apud Nos Ipsos die sexta decima Maii mensis vertentis anni habita est; atque in ea, proposito a praefato Cardinale Relatore dubio an et de quibus miraculis constaret post indultam Beatae Bernardae Soubirous venerationem, in casu et ad effectum de quo agebatur, tum Patres Cardinales, tum Officiales et Consultores SS. Rituum Congregationis suam protulere sententiam; Nos vero, omnium suffragiis exceptis, Nostram aperire mentem distulimus ut luminum caelestis sapientiae auxilium imploretur; ac postrema Marialis mensis die Nos, advocatis dilectis filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus Camillo Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefecto, Alexandro Verde, Causae Ponente, necnon dilectis filiis Alfonso Carinci, eiusdem S. Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, Sacrosancto Missae Sacrificio devote celebrato, plene constare ediximus de duobus miraculis, Beata Maria Bernarda Soubirous intercedente, a Deo patris : nempe, de *instantanea perfecta que sanatione tum R. P. Alexii Lemaitre, Archiepiscopi Carthaginensis, a diu-*

cardinal de la Sainte Eglise Romaine, était le ponent ou rapporteur, il fut discuté dans trois Congrégations, selon le droit en vigueur; la dernière, appelée Congrégation générale, se tint près de Nous le 16 mai de l'année courante. Dans cette Congrégation, le « doute » fut proposé par le susdit cardinal rapporteur sur l'existence, la nature et l'évidence de miracles obtenus depuis l'admission de la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous à la vénération publique, dans le cas et en vue de l'effet dont il était question. Tant les cardinaux que les officiers et les consultants de la S. Congrégation des Rites exprimèrent leur avis. Pour Nous, après avoir recueilli tous les avis, Nous différâmes le prononcé de Notre jugement, afin d'implorer le secours des lumières de la Sagesse céleste. Le dernier jour du mois de Marie (31 mai), après avoir mandé Nos chers Fils, les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, Camille Laurenti, préfet de la S. Congrégation des Rites, et Alexandre Verde, ponent de la cause, ainsi que Nos chers Fils Alphonse Carinci, secrétaire de la même Congrégation, et Salvatore Natucci, promoteur général de la foi, après avoir offert pieusement le saint sacrifice de la messe, Nous décrétâmes qu'il constait pleinement de deux miracles opérés par Dieu, sur l'intercession de la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous, à savoir : *de la guérison instantanée et parfaite tant du R. P. Alexis Lemaitre, archevêque de Carthage, d'une grave infection amibienne chronique,*

turna gravi amoebiasi ; tum Sororis Mariae a Sancto Fidele a tuberculari affectione dorsualis spinæ et dexteri genu ; Nostram autem sententiam hanc publici iuris fieri et in SS. Rituum Congregationis acta referri iussimus. Ut denique ad optatum finem, ad Beatae illius nempe canonizationem, perveniretur, nil aliud supererat quam *de tuto* quod vocant, discutere. Servata itaque praefata iuris forma, Nos, die mensis Iulii secunda, hoc eodem anno, in festo Beatae Mariæ Virginis Visitationi sacro, iisdem quos supra diximus Patribus Cardinalibus et SS. Rituum Congregationis maioribus officialibus adstantibus, suprema Nostra auctoritate decrevimus : *Tuto procedi posse ad solemnem Beatae Mariæ Bernardæ Soubirous Canonizationem ;* et hoc quoque decretum in vulgus edi et in SS. Rituum Congregationis acta referri mandavimus. Quibus omnibus uti supra peractis, ut constitutus a Praedecessoribus Nostris in tanti momenti negotio ordo servaretur, venerabiles primum fratres Nostros S. R. E. Cardinales, ad diem elapsi mensis Octobris decimam sextam, in Consistorium secretum apud Nos convenimus ; in quo, uti de more, a dilecto filio Nostro quem supra memoravimus Camillo Cardinale Laurenti, compendiosa narratione praehabita de vita, virtutibus et miraculis tum Beatae

que de Sœur Marie de Saint-Fidèle, d'une affection tuberculeuse de l'épine dorsale et du genou droit. Cette sentence, Nous ordonnâmes qu'elle fût rendue publique et qu'elle figurât dans les Actes de la S. Congrégation des Rites.

Pour que l'on atteignît enfin le but souhaité, c'est-à-dire la canonisation de la Bienheureuse, il ne restait plus qu'à discuter le « doute » qu'on appelle *de tuto*. Cette formalité juridique ayant été accomplie, Nous-même, le 2 juillet de cette même année, en la fête de la Visitation de la Bienheureuse Vierge Marie, en présence des cardinaux ci-dessus nommés et des principaux officiers de la S. Congrégation des Rites, en vertu de Notre autorité suprême, Nous décrétâmes : *il peut être procédé en toute sûreté à la canonisation solennelle de la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous,* et Nous prescrivîmes aussi de publier ce décret et de l'insérer dans les Actes de la S. Congrégation des Rites. Toutes choses ayant été faites ainsi qu'il vient d'être dit, soucieux de conserver l'ordre établi par Nos prédécesseurs dans une affaire d'une si grande importance, Nous avons réuni en premier lieu Nos frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, le 16 octobre dernier, près de Nous, en un Consistoire secret. Dans cette assemblée, selon la coutume, après que Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, dont Nous avons parlé plus haut, eût fait un rapide exposé de la vie, des vertus et des miracles tant de la

Mariae Bernardae Soubirous, tum Beatae Ioannae Antidae Thouret, virginum et de actis universis, quae in earundem causis Beatificationis et Canonizationis ipsa S. Rituum Congregatio admisit iam et adprobavit, singulorum Cardinalium adstantium suffragia exquisivimus et excepimus; atque suam iidem Cardinales aperuerunt sententiam: ad solemnem videlicet deveniendum esse Beatarum illarum canonizationem. In Consistorio vero publico, quod undevicesima eiusdem mensis die in Aula supra Basilicae vaticanae porticum est habitum, dilecti filii Consistorialis Aulae Nostrae Advocati, Augustus Milani de Beata Maria Bernarda; et Vicentius Sacconi de Beata Ioanna Antida, brevem orationem dixerunt et pro earum Canonizatione de more institerunt; Nos autem Beatis illis altarium honores etsi avere vehementer dixerimus, attamen ut omnia, gravissima in hac causa, de more servarentur, pontificalem sententiam Nostram, falli nesciam, non ante edituros diximus, quam in proximo Consistorio *semipublico* Purpurati Patres, iterata vice, et omnes, qui adituri sint, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, et Abbates *nullius* suam quisque Nobis aperuerint mentem; ac

bienheureuse Marie-Bernard Soubirous que de la bienheureuse Jeanne-Antide Thouret, l'une et l'autre vierges, et de tous les Actes que la même S. Congrégation des Rites avait jusqu'alors admis et approuvés dans ces deux Causes de béatification et de canonisation, Nous avons demandé et recueilli les votes de chacun des cardinaux présents, et ces mêmes cardinaux ont fait connaître leur avis: à savoir qu'il convenait de procéder à la canonisation solennelle de ces Bienheureuses.

Au Consistoire public qui se tint le 19 du même mois dans la salle située au-dessus du portique de la Basilique vaticane, Nos chers Fils les avocats de Notre salle consistoriale, Auguste Milani, parlant de la bienheureuse Marie-Bernard, et Vincent Sacconi, parlant de la bienheureuse Jeanne-Antide, ont prononcé un bref discours et fait des instances, selon la coutume, en faveur de leur canonisation. Pour Nous, encore que Nous eussions exprimé un ardent désir de décerner à ces Bienheureuses les honneurs des autels, cependant afin que toutes les règles, si graves en cette matière, fussent observées selon l'usage, Nous déclarâmes que Nous ne ferions pas connaître Notre sentence pontificale, laquelle est infallible, avant que dans un prochain Consistoire *semi-public*, Nos Frères, les cardinaux, pour la seconde fois, et tous ceux qui devaient y participer: patriarches, archevêques, évêques et Abbés *nullius*, Nous eussent chacun donné leur avis. En attendant, Nous exhortâmes instamment les fidèles du monde

interea universos Christi fideles, ut Nobismet ipsis a Spiritu Sancto Paraclyto superni luminis copiam impetrare ne desistant enixe adhortati sumus.

Iussimus itaque ut unicuique venerabilium quos supra diximus fratrum commentaria mitterentur Beatarum Virginum Mariae Bernardae Soubirous et Ioannae Antidae Thouret vitae, virtutum et miraculorum, nec non actorum in earum Causis, ut, re cognita ac perpensa, suam possent ferre sententiam et Nobis communicare ; ad diem autem p. e. mensis Novembris decimam eos omnes in Consistorium *semipublicum* coram Nobis in Vaticanis Aedibus ad hunc finem convocavimus ; ipsosque allocuti sumus et quid de propositis causis sentirent ac Nobis significare vellent rogavimus. Singulorum suffragiis itaque collatis, vehementer laetati sumus in idem, quod Nosmet ipsi, omnes consentire, summos nempe sanctitatis honores Beatis illis Nos sine cunctatione decernere posse ; eoque vel magis gratulati, quod hoc Nobis peragere contingat piaculari hoc anno divinae humani generis Redemptionis memoriae peculiariter dicato. Diem igitur octavam proximi Decembris mensis, Deiparae Immaculatae Conceptioni sacram, Beatae Mariae Soubirous Canonizationi,

chrétien à prier sans arrêt pour Nous obtenir de l'Esprit-Saint le Paraclét, l'abondance de la lumière d'en haut.

En conséquence, Nous fîmes envoyer à chacun de Nos Vénérables Frères, dont il a été parlé plus haut, l'abrégé de la vie, des vertus et des miracles des bienheureuses vierges Marie-Bernard Soubirous et Jeanne-Antide Thouret, ainsi que des actes de leurs Causes, afin que, l'affaire étant connue et ayant été mûrement pesée, ils pussent porter un jugement et Nous le communiquer. Le 10 novembre dernier, Nous les avons tous convoqués, à cette fin, en un Consistoire *semi-public* qui devait se tenir en Notre présence au palais du Vatican. Nous Nous y sommes adressés à eux et Nous leur avons demandé ce qu'ils pensaient des deux Causes qui leur avaient été proposées et quelles observations ils avaient à Nous faire. Une fois les « votes » de chacun recueillis, Nous Nous sommes vivement réjoui en voyant que tous partageaient Notre avis : à savoir que Nous pouvions décerner sans délai à ces Bienheureuses les honneurs suprêmes réservés aux Saints. Nous Nous en sommes félicité encore plus du fait qu'il Nous était donné d'accomplir un tel acte en cette année de propitiation, consacrée particulièrement au souvenir de la divine Rédemption du genre humain. En conséquence, le 8 décembre suivant, consacré à l'Immaculée Conception de la Mère de Dieu, fut choisi par Nous pour célébrer, Dieu aidant, la canonisation de la

favente Deo, in Basilica Vaticana celebrandae praefiximus ; Canonizationi vero Beatae Ioannae Antidae Thouret quartadecimam diem proximi ineuntis anni Ianuarii mensis praestituimus. Interea adstantes omnes et universos christifideles summopere hortati sumus, ut in tanti ponderis negotio divini luminis gratia ne Nobis desit, ferventes ad Deum funderent preces. De quibus omnibus ut publicum instrumentum conficerent, dilectos filios Protonotarios Apostolicos, qui aderant, sueta forma rogari curavimus.

Cum ergo auspiciatissima a Nobis praestituta Nunciae Immaculatae Virginis Caelitum honoribus decernendis dies advenerit, complures tum saecularis tum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, nec non venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates Vaticanam Basilicam, magnificentissime ornatam et maxima populi frequentia stipatam, convenerunt ; iisque devota supplicatione praeerantibus, et Nos in illam solemni pompa ingressi sumus ; atque, adorato SS. Eucharistiae Sacramento, ad Nostram perreximus cathedram, ibique sedimus. Tunc dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, SS. Rituum Congregationis

bienheureuse Marie-Bernard Soubirous dans la Basilique vaticane ; quant à la canonisation de la bienheureuse Jeanne-Antide Thouret, Nous l'avons fixée au 14 janvier de l'année prochaine. En attendant, Nous exhortâmes instamment tous ceux qui étaient présents et tous les fidèles à adresser à Dieu de ferventes prières pour que, dans une affaire de tant d'importance, la grâce de la lumière divine ne Nous fit pas défaut. Et Nous prîmes soin de charger, sous la forme habituelle, Nos chers Fils les protonotaires apostoliques, qui se trouvaient là, de dresser un procès-verbal de tous ces Actes.

Lorsque est arrivé le jour, très désiré par Nous, que Nous avons fixé pour décerner à la messagère de la Vierge immaculée les honneurs réservés aux habitants des cieux, des rangs nombreux de membres du clergé, tant séculier que régulier, les prélats et les officiers de la Curie romaine, ainsi que Nos vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, les patriarches, archevêques, évêques et Abbés, sont accourus dans la Basilique vaticane, magnifiquement ornée et remplie d'une grande foule de fidèles, alors que tous ceux-ci Nous précédaient au chant de pieuses supplications, Nous aussi Nous avons fait Notre entrée solennelle dans la Basilique. Après avoir adoré le Saint Sacrement, Nous avons gagné Notre chaire et Nous y avons pris place. Alors, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, préfet de la SS. Congrégation

Praefectus, et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque instanter detulit, ut Nos catalogo Sanctorum Domini Nostri Iesu Christi adscriberemus Beatam Mariam Bernardam Soubirous eamque uti Sanctam ab omnibus christifidelibus venerandam esse pronuntiarem. Quod quidem cum iterum ac tertio, *instantius* scilicet et *instantissime*, idem Cardinalis per eundem Consistorialis Aulae Advocatum postulasset, superno Sancti Spiritus lumine iterum ferventiusque implorato, Nos, uti catholicae Ecclesiae supremus Magister, falli nesciam sententiam in haec verba protulimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, in Urbe existentium consilio, beatam MARIAM BERNARDAM SOUBIROUS SANCTAM esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia*

des Riles et procureur de cette canonisation, à la suite de la plaidoirie de Notre cher Fils Auguste Milani, avocat de notre Salle consistoriale, Nous a exprimé avec instance le souhait et la prière d'inscrire au catalogue des saints de Notre-Seigneur Jésus-Christ la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous et de proclamer qu'elle est une Sainte que doivent vénérer tous les fidèles du Christ. Après que le cardinal susdit nous eût adressé cette demande, une deuxième, puis une troisième fois, c'est-à-dire plus *instamment* et *très instamment*, par le susdit avocat de la Salle consistoriale, les célestes lumières du Saint-Esprit ayant été implorées de nouveau et avec une ferveur plus grande, Nous-même, en tant que Maître suprême de l'Eglise catholique, Nous avons rendu une sentence infaillible dans les termes suivants :

En l'honneur de la très sainte et indivisible Trinité, pour l'exaltation de la foi catholique et pour l'accroissement de la religion chrétienne, par l'autorité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, des bienheureux apôtres Pierre et Paul et la Nôtre, après mûre délibération et ayant souvent imploré le secours divin, de l'avis de Nos Vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, les patriarches, les archevêques et évêques se trouvant à Rome, Nous déclarons et définissons que la bienheureuse Marie-Bernard Soubirous est Sainte et Nous l'inscrivons dans le catalogue des Saints, prescrivant à toute l'Eglise d'honorer avec piété et dévo-

universali illius memoriam quolibet anno, die eius natali, nempe die decima sexta Aprilis, inter sanctas virgines piâ devotione recolî debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. — Qua Canonizationis formula ita per Nos ex cathedra sollemniter pronunciata, oblatis Nobis a prae-fato Advocato Consistoriali, eiusdem Cardinalis Procuratoris nomine, precibus annuentes, Decretales has sub plumbo Litteras Apostolicas de eadem canonizatione expediri decrevimus ; a Protonotariis vero Apostolicis ad perpetuam eius memoriam instrumenta confici iussimus. Omnipotenti insuper Deo ob praeclarum hoc beneficium gratias una cum universo adstante populo ex animo egimus, ac dein primum novennis Sanctae a Deo Ipso patrocinium invocavimus, ac plenariam postea indulgentiam omnibus praesentibus peramanter impertiti sumus. Sacrum deinde solemni ritu litavimus, atque post evangelicam lectionem homilia clerum populumque allocuti, breve Sanctae Mariae Bernardae praeconium teximus, quod quidem in Immaculatae Virginis laudem et decus redundare consulto voluimus, quippe quae illam innocentissimam puellam ita materno animo adamavit ut se illi conspiciendam dederit, eidemque, etsi humillimae

tion sa mémoire, parmi les vierges canonisées, chaque année, le 16 avril, jour de sa naissance au ciel. Au nom du Père, et du Fils, et du Saint-Esprit. Ainsi soit-il.

Une fois la formule de canonisation solennellement prononcée *ex cathedra*, acquiesçant aux prières que Nous avait adressées le susdit avocat consistorial, au nom du cardinal procureur, Nous avons prescrit l'expédition de ces Lettres décrétales *sub plumbo* relatives à cette même canonisation : Nous avons ordonné qu'il en fut dressé acte par les protonotaires apostoliques pour en perpétuer la mémoire. En outre, pour ce bienfait insigne, Nous avons rendu grâces du fond du cœur, en union avec tout le peuple présent, au Dieu tout-puissant ; puis, Nous avons invoqué pour la première fois la protection de la nouvelle Sainte auprès de Dieu. Après quoi, très affectueusement, Nous avons accordé à tous les fidèles présents l'indulgence plénière.

Nous avons ensuite offert le saint sacrifice de la messe selon le rite solennel. Après lecture de l'Évangile, adressant au clergé et au peuple une homélie, Nous avons prononcé un bref éloge de sainte Marie-Bernard, éloge que, volontairement, Nous avons fait rejaillir sur la Vierge immaculée, à sa louange et à sa gloire. Marie, en effet, a aimé la vertueuse jeune fille d'une façon si maternelle qu'elle a daigné lui apparaître et confier à celle qui n'était qu'une humble gardeuse de moutons la mission et de

ovium custodi, munus concedere et suas efferendi glorias et homines ad paenitentiam revocandi, « Cupimus praeterea — inquit — incensas ad Immaculatam Dei Matrem eiusque famulam dilectissimam admoveri preces pro catholico orbe universo : ut omnes nimirum, per huius Anni Sancti decursum, divinae Redemptionis muneribus fruantur, quae Christus Dominus nobis suo sanguine acquisivit ; ut omnes demum illam assequantur, quam mundus dare non potest, pacem, quaeque recti ordinis tranquillitate nititur studiosaque christianorum praeceptorum observantia. Faxit utique Deus, deprecatrice Immaculata Virgine Maria eiusque fidelissima ancilla Bernarda Soubirous, ut Redemptionis suae fructus in nobis iugiter sentiamus, per Christum Dominum nostrum. Amen. » — Qua homilia a Nobis perlecta, alteram adstantibus cunctis impertivimus apostolicam benedictionem una cum suetis indulgentiis ; et, favente Deo, pontificale Sacrum perfecimus.

Nos itaque, dum divinae absolvimus Bonitatis consilia, commoto animo spirituales illas perpendimus divitias, quas Deus ipse tam largiter hominibus bonae voluntatis dispensat. Iubilari namque hocce anno, quem Nos humanae Redemp-

publier ses privilèges et d'appeler les hommes à la pénitence.

« Nous avons en outre, disions-Nous, le vif désir que des prières ardentes soient adressées à l'Immaculée Mère de Dieu et à sa Servante pour tout l'univers catholique, afin que tous puissent bénéficier, durant l'Année Sainte, des bienfaits de la divine Rédemption que le Christ Notre-Seigneur nous a obtenus par son sang, et pour que tous aussi obtiennent cette paix que le monde ne peut pas donner, cette paix qui consiste dans la tranquillité de l'ordre et qui s'acquiert par l'accomplissement fidèle des préceptes chrétiens.

Plaise à Dieu — Nous le lui demandons par l'intercession de l'Immaculée Vierge Marie et de sa très fidèle servante Marie-Bernard Soubirous — que nous éprouvions toujours en nous les fruits de sa Rédemption par le Christ Notre-Seigneur. Ainsi soit-il. »

Après avoir lu cette homélie, Nous avons accordé à tous les assistants une nouvelle Bénédiction apostolique avec les indulgences accoutumées, puis, avec l'aide de Dieu, Nous avons terminé la célébration de la messe pontificale.

Ainsi donc, au moment où Nous achevons de réaliser les desseins de la Bonté divine, Nous considérons avec émotion les richesses spirituelles que Dieu lui-même dispense si généreusement aux hommes de bonne volonté. En effet, en cette année jubilaire, que Nous avons voulu dédier au souvenir dix-neuf fois séculaire

tionis memoriae undevicies seculari dicatum voluimus, benignissimus Redemptor noster non peccatorum tantum veniam nobis concedit et pacem, verum etiam ad sanctitatis perfectionem multiplicibus nos provocat invitamentis. Nonne revera sanctitudo est pulcherrimus Redemptionis fructus ? En hodie Nobis nivalem redimire frontem datum est rudis olim puellae, quam mundus oblivioni haud dubie designabat. Sed Dominus noster Iesus Christus, qui vicit mundum, continenter quae stulta sunt mundi eligit ut confundat sapientes, et infirma mundi eligit ut confundat fortia. Qua quidem clarissima summae luce iustitiae collustrata, Beata triumphat Angelorum Sanctorumque omnium Regina, cuius ab omni labe immunis Conceptionis dogma quod Ille per suum in terris Vicarium ante sancierat mirifice dein per indoctam et simplicem puellam confirmavit, *Nunciam* factam misericordiarum suarum, quas per omnipotentem Matris suae deprecationem cunctas nobis largiri dignatur. Fervidas ergo, quaesumus, pro Nobis et universa Christi Ecclesia ad Immaculatam Deiparam admoveat preces Sancta Maria Bernarda, sanctarum Virginum fastis hodie a Nobis inserta. O felix terra, quae talem ac tam pulchrum protulit sanctitudinis florem !

de la Rédemption des hommes, Notre très miséricordieux Rédempteur ne se contente pas de nous accorder le pardon de nos péchés et la paix, mais encore il nous engage et nous attire par des attraits multiples à la perfection de la sainteté. Et en vérité, la sainteté n'est-elle pas le plus beau fruit de la Rédemption ? Voici qu'aujourd'hui il Nous a été donné de couronner le front, pur comme la neige, d'une jeune fille jadis ignorante, que le monde destinait sans aucun doute à l'oubli. Mais Notre-Seigneur Jésus-Christ, qui a vaincu le monde, choisit constamment ce qui est insensé selon le monde pour confondre les sages et ce qui est faible selon le monde pour confondre les forts. Illuminée par cette lumière éclatante de la souveraine Justice, la bienheureuse Reine des anges et de tous les saints triomphe ; sa conception exempte de toute souillure est un dogme que le Christ avait précédemment défini par son Vicaire sur la terre ; il l'a ensuite confirmé d'une manière éclatante par l'intermédiaire d'une enfant ignorante et simple, devenue la *Messagère* des miséricordes qu'il daigne nous accorder toutes par l'intercession toute-puissante de sa Mère. C'est pourquoi Nous le lui demandons, que sainte Marie-Bernard, que Nous avons inscrite aujourd'hui au rang des saintes vierges, adresse pour Nous, et pour toute l'Eglise du Christ, de ferventes prières à l'Immaculée Mère de Dieu.

Heureuse terre, qui a produit une telle et si belle fleur de

O felix Nivernensium Sororum Sodalitas. quae floris istius religiose suavissimum servat odorem ! O felix Catholica Ecclesia, cuius auctoritati nullo unquam tempore desunt sanctitatis testimonia !

Omnibus itaque quae inspicienda erant rite perpensis, certa scientia, universa et singula, quae antea memoravimus, Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Volumus insuper ut harum Litterarum Decretalium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hiscemet praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere vel eis temerario ausu contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo tertio, die octava Decembris mensis, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virgine, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

† Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

† Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

† Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARRETTI.

sainteté ! Heureuse Congrégation des Sœurs de Nevers, qui conserve religieusement le très suave parfum de cette fleur ! Heureuse Eglise catholique, à l'autorité de qui ne manquent à aucune époque des témoignages de sainteté !

C'est pourquoi, après avoir mûrement pesé tout ce qu'il y avait lieu de considérer, de science certaine, tout ce que Nous avons rappelé précédemment, dans l'ensemble comme en détail, en vertu de la plénitude du pouvoir apostolique, Nous le confirmons, le validons, et de nouveau Nous l'établissons et le décrétons, et Nous le faisons connaître à toute l'Eglise catholique. Nous voulons en outre que des transcriptions ou copies, même imprimées, de ces Lettres décrétales, mais signées de la main d'un notaire apostolique et munies de son sceau, obtiennent exactement le même crédit que celui dont jouiraient les présentes Lettres si elles étaient présentées ou montrées. Mais si quelqu'un osait altérer

† Ego Fr. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI.

† Ego ALOISIUS Episcopus Praenestinus Cardinalis SINCERO.

† Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI, S. R. E. Camerarius.

Ego CAIETANUS tituli S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis BISLETL.

Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Thermas, Presbyter Cardinalis LOCATELLI.

Ego IOANNES BAPTISTA tituli S. Mariae in Transpontina Presbyter Cardinalis NASALLI ROCCA DE CORNELIANO.

Ego IOSEPH tituli S. Nicolai in Carcere Tulliano Presbyter Cardinalis MORI.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI, Datarius.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Paenitentiaris.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LEPICIER.

Ego PETRUS tituli S. Mariae Transtiberim Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. RAPHAEL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis ROSSI.

Ego IULIUS tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI-BIONDI.

Nos présentes Lettres qui définissent, décrètent, imposent et expriment Notre volonté, ou encore, par une téméraire audace, y contrevenir ou y porter atteinte, que celui-là sache qu'il encourra la colère du Dieu tout-puissant et celle des saints apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, l'an du Seigneur 1933, le 8 décembre, en la fête de l'Immaculée Conception de la Bienheureuse Vierge Marie, la douzième année de Notre Pontificat.

Moi PIE, évêque de l'Eglise catholique.

† Moi JANVIER, évêque d'Ostie et d'Albano, cardinal GRANITO DI BELMONTE, doyen du Sacré-Collège.

Ego CAMILLUS S. Mariae Sclaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.

Ego FRANCISCUS S. Caesarei in Palatio Diaconus Cardinalis EHRLE.

Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

CAMILLUS card. LAURENTI,
S. R. C. praefectus.

Fr. TH. PIUS O. P. card. BOGGIANI,
cancellarius S. R. E.

DOMINICUS JORIO, *protonotarius apostolicus.*

DOMINICUS SPOLVERINI, *protonotarius apostolicus.*

Can. ALFRIDUS LIBERATI, *canc. apost. adiutor a studiis.*

ALFRIDUS MARINI, *Scriptor apostolicus.*

† Moi MICHEL, évêque de Tusculum, cardinal LEGA.

† Moi DONAT, évêque de Sabine et Poggio-Mirteto, cardinal SBARRETTI.

† Moi Fr. THOMAS-PIE, de l'Ordre des Frères Prêcheurs, évêque de Porto et Sainte-Rufine, cardinal BOGGIANI.

† Moi LOUIS, évêque de Palestrina, cardinal SINCERO.

† Moi HENRI, évêque de Velletri, cardinal GASPARRI.

Etc., etc.

Fr. TH.-PIE, de l'Ordre des Frères Prêcheurs, cardinal BOGGIANI,
chancelier de la Sainte-Eglise Romaine.

CAMILLE, cardinal LAURENTI,
préfet de la S. C. des Rites.

DOMINIQUE JORIO, *protonotaire apostolique.*

DOMINIQUE SPOLVERINI, *protonotaire apostolique.*

Can. ALFRED LIBERATI, *aide de bureau de la Chancellerie apostolique.*

ALFRED MARINI, *scriptor apostolique.*

HOMILIA

**in sollemni canonizatione Beatæ Joannæ Antidæ Thouret,
virginis, in Basilica Vaticana die XIV mensis Januarii,
anno sacro MDCCCXXXIV habita.**

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Omnia possum in eo qui me confortat. (Phil. IV, 13.)
Pulcherrima haec Apostoli gentium sententia memoriae
Nostrae succurrit, cum fortia praeclaraque rerum gesta mente
repetimus, quibus vita honestatur Ioannæ Antidæ Thouret,
quam nuper, non sine maximo animi Nostri gaudio, in sanc-
tarum virginum numerum sollemni ritu rettulimus. Eâ etenim
fuit virili fortitudine praedita, ut ipsamet aperte profiteretur
« se omnia prorsus perficere posse, quidquid a Deo prae-
ceptum cognovisset, eius quidem virtute subnixa, etiamsi
oporteret ad fines orbis terrarum contendere ». Verumtamen

HOMÉLIE

**prononcée dans la Basilique vaticane pour la canoni-
sation de la bienheureuse Jeanne-Antide Thouret,
vierge, le 14 janvier 1934.**

VÉNÉRABLES FRÈRES, CHERS FILS,

Omnia possum in eo qui me confortat. Cette magnifique parole
de l'apôtre des gentils Nous revient en mémoire, quand Nous
repassons dans Notre esprit les courageux et nobles actes dont
s'honore la vie de vie de Jeanne-Antide Thouret, cette vierge que
Nous venons d'avoir l'immense bonheur d'adjoindre solennel-
lement à la troupe des vierges saintes.

Elle possédait, à vrai dire, un courage si viril qu'elle n'hésitait
pas à déclarer « qu'elle pouvait absolument tout faire, exécuter
tout ordre qu'elle sût venir de Dieu, à la condition d'être soutenue
par la grâce divine, quand bien même il lui faudrait aller jus-
qu'aux confins de la terre ».

qua erat pari animi demissione, haec adiacere sollemne habebat « non opitulante Deo, non aspirante caelestis gratiae flamine, nihil omnino se posse ». Haec profecto singularis animi strenuitas, cum evangelica humilitate coniuncta, si in totius enituit mortalis suae vitae cursu, at tum potissimum eluxit cum, grassante per Galliam gravissima illa rerum commutatione, quae humana divinaque iura permiscebat, ad publicos deducta magistratus, ab iisdemque idcirco in crimen vocata, quod iniustis Reipublicae legibus non obtemperaret, impavide firmissimeque respondit. Quibus in difficillimis rerum adiunctis, ex divina illa Iesu Christi pollicitatione vim profecto hauriebat certitudinemque : *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini ; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. (Matth. x, 19-20.)* Atque spes non deficiens animique tutissima tranquillitas ex alia Redemptoris nostri sententia eidem procul dubio oriebatur : *Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me : gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelo. (Matth. v, 11-12.)*

Avec une égale humilité elle avait cependant l'habitude d'ajouter que, « sans le secours de Dieu, sans l'inspiration de la grâce céleste, elle n'était capable d'absolument rien »

Si cette énergie extraordinaire de son âme, jointe à son évangélique humilité, brilla d'un vif éclat durant le cours entier de sa vie mortelle, elle se manifesta pourtant avec encore plus d'intensité à l'époque de cette terrible convulsion qui bouleversa la France et qui confondait les droits humains et divins ; traînée devant les tribunaux publics, accusée de ne point obéir aux lois injustes de la République, elle répondit sans crainte et de la manière la plus assurée.

En ces circonstances on ne peut plus difficiles, elle puisait certainement toute sa force et toute sa fermeté en cette divine promesse de Jésus-Christ : *Quand ils vous livreront, ne vous demandez ni comment ni ce que vous répondrez ; car il vous sera donné en cette heure ce que vous avez à dire ; ce ne sera pas vous, en effet, qui parlerez, ce sera l'Esprit de votre Père qui parlera en vous. Et sa confiance indéfectible, le calme inébranlable de son esprit, elle les tirait, incontestablement, de cette autre parole de notre Rédempteur : Vous serez bien heureux quand ils vous maudiront, quand ils vous persécuteront, quand ils diront dans leurs mensonges tout le mal possible de vous, à cause de moi : réjouissez-vous, exultez d'allégresse, car surabondante sera votre récompense au ciel.*

Quae magnanima firmitas atque fortitudo, christiana fide caritateque roborata, haud minus in Ioanna Antida Thouretum excelluit, cum funestum illud discidium in religiosarum sororum Congregatione ab ipsamet condita erupit, tectaque honoris cupiditate conflatum est. Hac enim in lamentabili rerum iactura, hoc in invidiae aestu simultatisque, eam cernere erat sapientissimas normas responsionesque edere, invicto animo difficultatibus obsistere, veritati servire, caritati instare, curis laboribusque numquam parcere. Quodsi interdum humanae opes desiderabantur, divina tamen auxilia atque solacia, perpetuis precibus impetrata, numquam deerant. Videris enim eam, quotiens vel in semet ipsam, vel in religiosam familiam suam novum ingrueret periculum, ad Deum fidenti animo confugere, eidemque se suaque omnia concredere. Ac praesertim in divinam Eucharistiam, quae eidem *frumentum electorum fuit et vinum germinans virgines* (*Zach. ix, 17*), in almam Dei Matrem, inque caelestes Congregationis suae Patronos flagranti ferebatur caritate.

Quid igitur mirum, si tot ei licuit discrimina superare,

Cette énergie et ce courage magnanimes, fortifiés par la foi et la charité chrétiennes, n'excellèrent pas moins chez Jeanne-Antide Thouret quand, au sein de la Congrégation religieuse qu'elle-même avait fondée, éclata puis s'aggrava un funeste conflit, né d'une secrète passion pour les honneurs. Dans ces circonstances affligeantes, alors qu'elle était exposée aux flammes de la haine et de l'envie, on la voyait néanmoins donner les règles et les réponses les plus sages, opposer aux difficultés un courage invincible, servir la vérité, s'appliquer incessamment à la charité, ne ménager ni ses soins ni ses peines.

Bien que parfois les ressources humaines fissent défaut, l'assistance et les consolations divines, implorées dans une prière continue, ne manquèrent jamais. Et vous l'auriez vue, toutes les fois qu'elle-même ou sa famille religieuse était aux prises avec un nouveau danger, se réfugier en Dieu, pleine de confiance, et remettre entre ses mains sa propre personne et tout ce qu'elle pouvait dire sien. Mais c'était surtout vers la divine Eucharistie qui, pour elle, fut vraiment *la semence qui produit les élus et le vin qui fait germer les vierges* ; c'était aussi vers la tendre Mère de Dieu et les célestes patrons de sa Congrégation que la portait son ardente piété.

Dès lors, quoi d'étonnant si elle put triompher de tant de périls, endurer tant de travaux, vaincre tant de difficultés ?

Quoi d'étonnant si chaque jour elle employait tous ses efforts

exantlare labores difficultatesque evincere ? Quid mirum, si citatiore cotidie gradu ad sanctissima ac perfectissima quaeque contendere enitebatur ? Cum enim animus ad superna consurgit ac divina gratia alitur, nullius veluti negotii est adversa perpeti, praeclaraque edere facinora.

Iamvero Nos, venerabiles Fratres ac dilecti Filii, nostris praesertim temporibus novum hoc sanctitatis decus atque exemplum ad colendum, ad imitandum proponere maximo-pere consentaneum putamus. Hodie enim, si umquam alias, cum tantae rerum angustiae undique premant, ad strenuam eiusmodi animi fortitudinem eniti eaque muniri, nobis omnibus perneceesse est. Praesentibus malis procul dubio nullum aliud occurrit par remedium, nisi christiana virtus enixis precibus impetranda, catholica fide alenda, divinaque adaugenda caritate. Ioanna Antida Thouret, ut in mirabilis suae vitae decursu haec omnia praestitit, ita nobis in praesens, de caelo arridens, ad hoc evangelicae perfectionis culmen assequendum omnes invitat suaque voce allicit. Eius igitur vocem libentes volentesque audiamus : ita quidem ut « quam solemni veneratione prosequimur, etiam simili conversatione sequamur ; quam beatissimam praedicamus, ad

à marcher d'un pas plus rapide vers tout ce qu'il y a de plus saint et de plus parfait ? Quand l'âme, en effet, s'élève aux sphères les plus hautes et qu'elle est soutenue par la grâce divine, elle n'éprouve, pour ainsi dire, aucune peine à souffrir longuement de l'adversité ou à accomplir les plus nobles exploits.

Mais Nous pensons aussi, Vénérables Frères et chers Fils, que, de nos jours surtout, il importe souverainement d'offrir à la vénération cette nouvelle gloire de la sainteté et d'encourager l'imitation de ce nouveau modèle.

De nos jours, en effet, plus que jamais, alors que de si graves difficultés nous assaillent de tous côtés, le robuste courage de cette âme nous est absolument nécessaire à tous, et nous devons tous nous en munir. Aux maux présents, on ne saurait le nier, il n'y a pas d'autre remède que le courage chrétien ; il faut le demander par des prières instantes, le maintenir par la foi catholique, l'accroître par l'amour de Dieu. Jeanne-Antide Thouret y réussit pleinement au cours de son admirable vie.

A l'heure présente, elle nous sourit du haut des cieux, elle nous appelle tous, elle nous invite tous à gravir les sommets de la perfection évangélique. Écoutons alors sa voix d'un cœur dispos et d'une volonté résolue ; écoutons-la même si bien que « celle dont nous entourons la mémoire d'une solennelle vénération, nous la suivions à notre tour en menant une vie conforme à la sienne ;

eius beatitudinem tota aviditate curramus ; cuius delectamur praeconiis, eius patrociniis sublevemur (Cf. S. BERN., Abb., *Serm. XI de Festo Omn. SS.*), ut cum ea aliquando regnare possimus per infinita saecula saeculorum. Amen.

que celle dont nous proclamons la sainteté, nous l'imitons avec le plus vif empressement, pour courir sur les traces de sa sainteté, et que celle dont les louanges nous charment soulage nos maux par son intercession » ; et puissions-nous ainsi régner un jour avec elle durant le cours infini des siècles. Ainsi soit-il.

MOTU PROPRIO

Abbatiae Sancti Hieronymi de urbe (1).

PIUS PP. XI

Monasterium Sancti Hieronymi in Urbe, vi Constitutionis Nostrae apostolicae *Inter praecipuas*, die 15 Iunii 1933 latae, est abbatia immediate Sanctae Sedi subiecta. Nunc vero dubitatio affertur, an nova haec abbatia particeps sit fraternae illius Confoederationis, quam Benedictinorum Congregationes, ad normam Litterarum Apostolicarum *Summum semper* die 12 Iulii 1893 editarum, inierunt. Quum enim omnes abbatiae Benedictinae tunc temporis Congregationibus obnoxiae essent, Litterae illae de Congregationibus quidem agunt, non autem de abbatiis, quae iisdem adiunctae non sint. Quapropter ad omnem dubitationem auferendam Motu proprio et certa scientia ea, quae sequuntur, statuimus ac decernimus :

1. Abbatia Sancti Hieronymi in Urbe ad fraternam Bene-

MOTU PROPRIO

relatif à l'abbaye de Saint-Jérôme de Rome.

PIE XI, PAPE

Le monastère de Saint-Jérôme à Rome, en vertu de Notre Constitution apostolique *Inter praecipuas*, en date du 15 juin 1933, est une abbaye qui relève immédiatement du Saint-Siège. Mais on se demande maintenant si cette nouvelle abbaye fait partie de la Confédération fraternelle que les Congrégations des Bénédictins, conformément à la Lettre apostolique *Summum semper*, du 12 juillet 1893, ont constituée. Attendu, en effet, que toutes les abbayes bénédictines étaient à cette époque soumises aux Congrégations, ladite Lettre concerne les Congrégations, mais non les abbayes qui ne dépendent pas d'elles. C'est pourquoi, pour dissiper tout doute, Nous statuons et décidons par un *Motu proprio* et en pleine connaissance de cause ce qui suit :

1. L'abbaye de Saint-Jérôme à Rome appartient à la Confé-

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934. p. 290.

dictinorum Confoederationem pertinet iisdem iuribus iisdemque officiis, quibus ceterae abbatiae confoederatae.

2. Abbas Sancti Hieronymi, sicut ceteri Abbates regiminis, ius habet interveniendi Abbatum confoederatorum coetibus et suffragium ferendi in Abbate Primate eligendo.

Praeterea, ut praefatam Sancti Hieronymi abbatiam eodem, quo cetera monasteria, favore et gratia prosequamur, illi quoque concedimus privilegia, quibus omnes fere Benedictinorum abbatiae fruuntur, tum scilicet privilegia quae « Cassinensia » vulgo nuncupantur, tum etiam privilegia Congregationum Cluniacensis, Sanctorum Vitonis et Hydulphi et Sancti Mauri quae abbatibus Congregationis Solesmensis concessa sunt. — Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Ianuarii anno MDCCCXXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PIUS PP. XI.

dération fraternelle des Bénédictins avec les mêmes droits et les mêmes fonctions que les autres abbayes confédérées.

2. L'Abbé de Saint-Jérôme, comme les autres Abbés du même Ordre, a le droit de prendre part aux assemblées des Abbés confédérés et d'émettre son vote pour l'élection de l'Abbé primat (1).

En outre, en vue de doter ladite abbaye de Saint-Jérôme des mêmes faveurs et des mêmes grâces que les autres monastères, Nous lui accordons à elle aussi les privilèges dont jouissent presque toutes les abbayes bénédictines, c'est-à-dire aussi bien les privilèges appelés vulgairement « du mont Cassin », que les privilèges des Congrégations de Cluny, des Saints-Vitus et Hydulphe et Saint-Maur, qui sont accordés aux abbayes de la Congrégation de Solesmes. Nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 25 janvier de l'année 1934, la douzième de Notre Pontificat.

PIE XI, PAPE.

(1) Un décret de la Sacrée Congrégation Cérémoniale du 27 mai 1934 accorde à l'Abbé de Saint-Jérôme de Rome le privilège de siéger dans les Chapelles pontificales aussitôt après les Abbés Généraux. (A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 522.)

LETTRE

à M. Henri de Vergès, président général
des Conférences de Saint-Vincent de Paul. (1)

PIE XI, PAPE

CHER FILS, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Le message filial qui Nous a apporté l'hommage de vos vœux à l'occasion des fêtes de Noël et du nouvel an Nous a apporté aussi la douce satisfaction de voir se réaliser d'une manière bien consolante le mot d'ordre que Nous avons donné Nous-même au zèle de vos Conférences : « Toujours plus et toujours mieux. »

Rien, en effet, ne pouvait plus vivement Nous réjouir, surtout dans les conditions si pénibles de l'heure actuelle, que de constater au sein de l'Eglise les progrès toujours croissants de cette bienfaisante charité évangélique qui ne cesse d'ouvrir les yeux sur toutes les misères et de faire sentir sa main secourable à tous les nécessiteux et les affligés de la terre.

Or, il est bien consolant de pouvoir constater la large part qui revient dans cette activité aux Conférences de Saint-Vincent de Paul dont la vie est tout entière dans l'exercice de la charité et dont les membres sont à travers le monde des affirmations éloquentes de ce qui forme la substance même de l'Evangile, et par là aussi comme autant de témoignages vivants de la merveilleuse vitalité du principe chrétien de la fraternité universelle.

C'est surtout cette vitalité qui rend le monde attentif à la religion de Jésus-Christ ; et l'intérêt que la presse et les foules ont pris tout dernièrement encore à vos fêtes centenaires vous est une nouvelle preuve de l'importance de votre mission aux yeux de la société civile aussi bien que de la grande famille catholique dont vous représentez un peu partout l'idéal de miséricorde et de charité compatissante.

Profondément conscients de l'honneur qui vous revient et des responsabilités qui l'accompagnent, vous continuerez, Nous n'en doutons pas, dans l'exercice de votre saint apostolat, avec le zèle éclairé et la modestie exemplaire qui ont toujours été le partage de l'œuvre des Conférences. Ce sont ces dispositions d'humilité chrétienne et d'inlassable activité qui cachent le secret du succès et vous en garantissent le mérite.

(1) Cette lettre a été publiée par le *Bulletin de la Société de Saint-Vincent de Paul* (mars 1934).

Et c'est dans le vif désir qu'elles persévèrent en chacun de vous pour l'édification du monde et dans l'intérêt des pauvres dont le soin vous est confié, que Nous renouvelons pour les chères Conférences Nos vœux paternels et accordons à tous, à vous-même avant tout, Monsieur le Président général, la Bénédiction apostolique implorée.

Du Vatican, le 31 janvier 1934.

PIE XI, PAPE.

DISCOURS

aux curés de Rome et aux prédicateurs de Carême
à l'audience du 13 février 1934 (1).

Il est certainement superflu de dire tout d'abord que le Saint-Père a été heureux de voir ces chers Fils, de parler avec eux et, comme il fera peu après, de les bénir, en un moment aussi beau, aussi grand, aussi important que celui où ils vont remplir le mandat si sublime de distribuer la parole divine. Puisqu'il s'est trouvé, dit en souriant le Saint-Père, dans la nécessité de faire attendre un si noble auditoire qui, d'ailleurs, n'a pas besoin de ces conseils, il va répéter à ces prédicateurs aussi ce qu'il dit chaque fois qu'il se voit forcé de le rappeler à quelqu'un : faire comme le Pape, qui est obligé de supporter patiemment tout ce qui doit être ainsi supporté.

La première qualité de l'éloquence : la brièveté.

Une autre nécessité s'impose également à lui, et il doit s'y soumettre bien qu'à contre-cœur, c'est celle d'être bref, car plus de 350 couples de nouveaux époux attendent leur tour d'être admis en la présence du Pape : heureuse nécessité cependant qui fournit un exemple de cette brièveté qui doit être une des qualités du prédicateur. Il est certain qu'il y aura des auditeurs qui ne se lasseront pas d'écouter les prédicateurs et les prieront même de prolonger leurs sermons, la chose Nous est arrivée une fois, ajoute Sa Sainteté. Nous parlions à de pauvres paysans montagnards qui depuis longtemps manquaient de curé et qui étaient restés sans personne, abandonnés. Aussi Nous écoutaient-ils avec une extrême attention, et Nous, sans Nous en apercevoir, Nous avons prolongé Notre entretien et cherchions à Nous excuser d'avoir été trop long. Mais eux, de Nous dire aussitôt : « Vous pouviez continuer, car il nous semblait que nous étions redevenus des hommes. » En tout cas, la conception de brièveté est celle-là même de l'art de la parole, de cet art où vous, les prédicateurs de Rome, vous êtes les maîtres, et quels maîtres ! Ce grand maître que fut Alexandre Manzoni rangeait précisément parmi les premières qualités de l'éloquence la brièveté, lorsqu'il écrivait qu'il « était content de peu ». Ce conseil, certes, ne semble pas ici nécessaire, mais il en est un autre que le Saint-Père répète volontiers en même temps qu'un troisième : « sentir et méditer ». Sentir, car l'on sait, pour en avoir fait une heureuse et magnifique expérience, combien une chose sentie rend efficace la parole.

(1) Cf. *Osservatore Romano* (15. 2. 34), sous le titre « Les hautes directives du Saint-Père aux prédicateurs de Carême de Rome ».

Sentir et méditer, parce que pour sentir il faut avant tout méditer les vérités, les beautés, les grandeurs, la sainteté qu'on est appelé à exposer : les méditer pour les sentir, tel est le grand secret de l'éloquence.

La question de la forme.

Puis, tandis que l'idée de sentir et de méditer concerne la substance, il faut appliquer à la forme la haute suggestion : « Etre content de peu. »

Grande habileté ici encore ; nécessaire, peut-on dire, en toutes choses. Sa Sainteté rappelle à ce sujet qu'elle a lu, dans une belle étude sur Raphaël, à propos du passage du grand peintre, d'une manière de procéder à une autre nouvelle, qu'il avait le souci constant d'atténuer toujours plus les teintes, de simplifier toujours plus les lignes, en vue précisément d'obtenir de grands effets avec des moyens toujours plus simples.

Le thème principal à traiter : la paix du Christ.

Comme au XII^e siècle, aujourd'hui encore, de nombreuses et néfastes erreurs relatives à la religion et aux mœurs sont répandues un peu partout, et il n'est pas rare de voir mépriser ouvertement et publiquement les lois divine et naturelle elles-mêmes.

Presque en tous lieux, les hommes sont poussés par la volupté et les innombrables attraits vers les choses qu'il faut considérer comme passagères; ils sont fortement attirés vers des bien fragiles et caducs, comme si le pèlerinage sur cette terre était la vie véritable et éternelle.

Il est nécessaire de méditer constamment les divins enseignements et de les étudier avec un grand soin, afin que les fidèles en soient instruits et se souviennent que cette vie mortelle est faite pour des choses meilleures et célestes, pour lesquelles nous sommes vraiment nés. Aujourd'hui, peuples et nations, faisant peu de cas des secours divins, demandent et imploront la plupart du temps l'aide humaine et naturelle; il faut vivre intimement la vie surnaturelle, se complaire en elle, et demander chaque jour l'assistance divine sans laquelle nous ne pouvons rien faire de bien. Dans un apostolat si noble et si fructueux, vous ne manquerez de compagnons et de collaborateurs, car vous avez un grand nombre d'associations de fidèles de l'un et l'autre sexe appelés « tertiaires », qui doivent être pourvus de toutes les vertus et en

vocantur, quosque omni virtute et religiosa doctrina exornatos esse convenit, ut « Actionem catholicam », secundum normas ab Ordinariis locorum statutas, provehere efficaciter valeant. Juvenes praesertim, qui catholicae Actioni navare cupiant, sanam Ecclesiae rectamque vivendi rationem mature perdiscant, ut proximos suos exemplo et sermone ad christianas virtutes colendas allicere queant.

Auspicato autem contingit, ut faustus dies anniversarius, qui in honorem sancti Dominici recoletur, in mensem Iulium proximum incidat, paulo post Sanctum ipsum Annum, quem divinae Redemptioni dicare et consecrare volumus. Etenim inter arma, quibus sanctus Dominicus ad emendandos haereticos usus est, ut probe noscunt fideles, validissimum exstitit Rosarium Mariale, cuius ritus a Beata ipsa Virgine exhibitus in omnes catholici orbis partes late est propagatus. Iam vero, undenam haec suavissima precatationis ratio tantam virtutem accipit et efficaciam ? Ab ipsis profecto divini Redemptoris mysteriis, quae pie religioseque contemplantur atque excoluntur : ita ut iure dici queat in Rosario Mariali exstare veluti principium ac fundamentum, quo ipse sancti Dominici Ordo innititur ad vitam sodalium perficiendam ad alio-

possession de la science religieuse, de manière à pouvoir favoriser efficacement l' « Action catholique », suivant les prescriptions établies par les Ordinaires des divers pays. Les jeunes gens surtout, qui désirent travailler pour l'Action catholique, doivent acquérir une connaissance approfondie de la saine doctrine de l'Eglise et faire preuve d'une excellente conduite, afin de pouvoir, par l'exemple et la parole, attirer leur prochain à la pratique des vertus chrétiennes.

Par une bonne augure, il arrive que le jour anniversaire qui sera célébré en l'honneur de saint Dominique tombe au prochain mois de juillet, peu de temps après l'Année Sainte elle-même que nous avons voulu dédier et consacrer à la divine Rédemption.

En effet, parmi les armes dont se servit saint Dominique pour convertir les hérétiques, la plus puissante, ainsi que le savent bien les fidèles, fut le rosaire marial, dont la pratique enseignée par la Bienheureuse Vierge elle-même, s'est largement propagée dans tous les pays du monde catholique. Or, d'où vient que cette très douce manière de prier a tant de force et d'efficacité ? Certainement des mystères mêmes du divin Rédempteur que l'on contemple et médite pieusement, de sorte que l'on peut dire avec juste raison que le rosaire marial contient le principe et la base sur lesquels s'appuie l'Ordre lui-même de saint Dominique, pour procurer la perfection de vie des confrères et le salut des autres hommes.

rumque salutem comparandam. Quapropter saluberrimam hanc precationis formam, qua copiosa Domini redemptio adsidue recolitur et caelestis Reginae favor quam maxime conciliatur, etiam atque etiam commendamus, vehementerque exoptamus, ut ea religiose custodiatur vel redintegretur consuetudo, quae apud patres viguit, quum familiis christianis id sanctum erat, ut Rosarii cultum alterna laude quotidie persolverent. Huius quidem communis precationis virtute spectata, optimam spem concipimus fore ut salubres Redemptionis fructus a singulis fidelibus, a christianis familiis, a civili ipsa consortione largissime percipiantur.

Quorum interea caelestium donorum auspex sit et conciliatrix apostolica benedicto, quam tibi, dilecte fili, ceterisque Dominicanis Fratibus, itemque universis Secundi et Tertii Ordinis sodalibus suuma in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VI mensis Martii, pervigilio sancti Thomae de Aquino, anno MDCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

PIUS PP. XI.

Aussi, recommandons-Nous vivement cette forme très efficace de prière où l'on médite assidûment la fructueuse Rédemption du Seigneur et qui nous concilie au suprême degré la faveur de la Reine céleste ; et Nous souhaitons ardemment que soit conservée religieusement ou rétablie l'habitude en honneur chez nos pères, chez qui c'était chose sacrée, pour les familles chrétiennes, de réciter dans une louange alternée chaque jour le rosaire. Eu égard à l'efficacité de cette prière commune, Nous avons le ferme espoir que les fruits salutaires de la Rédemption seront abondamment recueillis par chaque fidèle, par les familles chrétiennes et par la société civile elle-même.

En attendant, que la Bénédiction apostolique soit le gage et l'intermédiaire de ces dons célestes ! Nous vous l'accordons de grand cœur dans le Seigneur, cher Fils, à vous et à tous les autres religieux Dominicains, ainsi qu'à tous les membres du Second et du Tiers-Ordre.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 6 du mois de mars, veille de la fête de saint Thomas d'Aquin, en l'année 1934, la treizième de Notre Pontificat.

PIE XI, PAPE.

LITTERAE DECRETALES

Beatæ Ludovicæ de Marillac, viduæ Le Gras, Sanctorum caelitem honores decernuntur (1).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Misericordiarum Patri et Deo totius consolationis nescit humilitas Nostra iustas persolvere grates, quod piaculari hoc anno ad Caelitum honores non paucos datum est Nobis Dei Famulos provehere, qui a Sanctorum Matre Ecclesia divini illud Magistri *mandatum novum* haud nequiquam cdocti, non dilexerunt *verbo neque lingua, sed opere et veritate*. Quod quidem fraternæ caritatis praeceptum ita sensit atque docuit divus ille caritatis heros, Vincentius a

LETTRES DÉCRÉTALES

Canonisation de la Bienheureuse Louise de Marillac, veuve Le Gras (2).

PIE, EVEQUE,

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU,

Pour perpétuel souvenir.

Au Père souverainement miséricordieux, au Dieu de toute consolation, notre petitesse ne peut rendre assez de justes actions de grâces pour Nous avoir donné d'élever, en cette année jubilaire, aux honneurs des saints, plusieurs serviteurs de Dieu. Pleinement instruits par l'Eglise, la commune mère de tous les saints, ils se souvinrent tous du *précepte nouveau* du Maître divin, d'aimer non pas *de parole et du bout des lèvres, mais en vérité et en réalité*. Ce précepte de fraternel amour, Vincent de Paul, cet étonnant héros de

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 609.

(2) Traduction de M. COMBALUZIER dans les *Annales de la Congrégation de la Mission et de la Compagnie des Filles de la Charité*. (Année 1935, p. 249-268.)

Paulo, ut quamplurimi, eximiis eius exemplis allekti, excelso animo eius prosequuti sint vestigia. Quos inter nullus prorsus hominum praeclarius discipulus, nullus devotior spiritualis filius, nullus acrior laborum socius, quam fortis illa mulier, novum aliud Galliae decus et ornamentum, quae per Nos hodie, Deo opitulante, in Sanctorum agmen sollemniter adscita est. Una igitur cum viro illo sanctissimo, qui tantae feminae animi parens, moderator ac magister iugiter fuit, hacce die gaudeat in caelis electissima filia et discipula, Ludovica de Marillac, quae una cum ipso tantam meruerit excitare sobolem, illum nempe magis in dies saeculorum decursu florescentem Puellarum exercitum, quibus ab ipsa Caritate nomen factum est.

Lutetiae Parisiorum, die duodecima Augusti mensis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo, ortum illa duxit turbulentissimis quidem ac luctuosis temporibus, in Gallia praesertim, vertentibus, in quibus cives in duas scissi partes, fraterno sanguine feodati peste ac fame horrendum in modum vexabantur.

Maternae autem curae vitam vix ineunti puellae defuerunt ; matre namque, cum ipsa in tenella adhuc esset aetate, orbata est.

Pater vero, Ludovicus de Marillac, oppidi Les Ferrières

la charité, l'a, certes, et bien compris et enseigné à une foule de disciples qui, entraînés par ses merveilleux exemples, ont suivi de grand cœur ce glorieux modèle.

Parmi tous ces disciples et enfants spirituels, nul ne fut plus illustre ni plus dévoué, nul également ne fut un plus actif collaborateur de son labeur de charité que Louise de Marillac, cette nouvelle gloire et ornement de la France, cette femme forte, que Nous venons, avec l'aide de Dieu, de solennellement inscrire au catalogue des saints.

Qu'ensemble avec le grand saint Vincent de Paul se réjouisse au ciel sa très chère fille et disciple, Louise de Marillac : Vincent le formateur, le directeur et le maître de cette âme illustre. Tous deux ont mérité d'entraîner à leur suite une telle postérité : cette armée florissante des Sœurs qui, continuellement grandissante au cours des siècles, porte fièrement le nom de Filles de la Charité.

Louise de Marillac naquit à Paris, le 12 août 1591 ; en ces années troublées et douloureuses où les Français divisés s'épuisaient en luttes fratricides, tandis que, de leur côté, peste et famine exerçaient leurs effrayants ravages.

Les soins maternels firent bientôt défaut à la jeune Louise, qui, dès l'âge le plus tendre, se trouva orpheline. Son père, Louis de

dynastia, summo amore suavissimam filiolum est prosequutus; et forsitan sperans se, novo devictum coniugio, matrem alteram illi daturum, iterum uxorem duxit quamdam viduam, quaequae, eius ingressa domum una cum quatuor prioris connubii liberis, quum parum tenera visa sit erga puellam. huic paulo post pater consulere voluit, eam mittens in regium monasterium, a S. Ludovico nuncupatum, apud Poissy, in quo nobiles adolescentulae studiis ac bonis artibus instituebantur. Ibi Ludovica, patris sui amita, cui et ipsi Ludovica de Marillac nomen erat, duce et magistra, diligenter quidem mentem excoluit, sed multo diligentius mira pietate atque angelica pudicitia ceterisque virtutibus animum ditavit.

Paulo post, duodecim circiter annos agens, Parisios a patre revocata est, ut penes idoneam magistram iis omnibus disciplinis, quae nobilem iuvenem magis decent, instrueretur. Magistrae bonae ac piaae curis optime respondit discipula sollers, quae, feraci ingenio praedita, philosophiae ac severioribus quoque studiis, nec non pingendi arti, non sine mirabili exitu, operam navavit.

Iam a prima aetate, quae mundi sunt odio habens et a iuvenilibus oblectamentis se abstinens, nihil ipsi erat anti-

Marillac, seigneur de Ferrières, entoura sa charmante fillette d'une exceptionnelle affection, et, espérant peut-être lui donner une seconde mère, contracta un nouveau mariage, épousant cette fois une veuve, qui apportait avec elle quatre enfants d'un premier lit. La marâtre se montra assez peu bienveillante pour l'enfant; aussi, le père, voulant veiller sur sa fille, la plaça au monastère royal de Saint-Louis, à Poissy, où de jeunes demoiselles de la noblesse étaient formées aux belles-lettres et aux arts libéraux. Dans cette maison, l'enfant fut sous la conduite et la direction de sa tante paternelle, elle aussi une Louise de Marillac. Sa parente cultiva soigneusement l'intelligence de la jeune Louise, mais par-dessus tout développa en elle une étonnante piété, une angélique pureté, et bien d'autres vertus.

Peu après, à l'âge d'environ 12 ans, l'enfant fut rappelée à Paris par son père, désireux de la faire instruire dans toutes les disciplines intellectuelles qui conviennent pleinement aux nobles origines. Correspondant parfaitement aux efforts de sa bonne et pieuse maîtresse, l'élève studieuse, douée d'un brillant esprit, se livra avec un étonnant succès aux études sévères de la philosophie et aux joies délicates de la peinture. Dès ses premières années déjà, détestant tout ce qui est du monde, fuyant les plaisirs du jeune âge, elle n'avait rien plus à cœur que de vaquer à l'étude et aux exercices de piété : elle s'adonna soigneusement à la pratique

quius quam studiis et pietatis exercitiis vacare ; humilitatem, obedientiam et caritatem praesertim ita diligenter excoluit, ut pater de filia in suo testamento affirmare non dubitaverit maximam sibi illam in vita consolationem semper fuisse ac malorum solacium.

Anno millesimo sexcentesimo quarto patre quoque desideratissimo orbata est ; at alterum in patruo suo Michaële parentem, potius quam tutorem, invenit, qui ad neptis educationem eruditionemque implendam consilio et opera impense incubuit.

Iam adhuc vivente patre, Ludovica totam se Deo devovere exoptaverat ; modo vero intimo huic ardentique animi desiderio satisfacere voluit, et inter moniales capulatas cooptari statuerat ; verumtamen ab inito consilio, omnibus sedulo ac mature perpensis, auctore P. Honorato a Champigny suae conscientiae moderatore, humiliter recessit ; contra, paulo post, anno nempe millesimo sexcentesimo tertiodécimo, familiae suae placitis obsecundans, Antonio Le Gras, nobili viro, atque honestissimo, qui a secretis erat Mariae de Medicis Reginae, nupsit. Ex quo iusto connubio puer est natus, Michaël Antonius, quem mater diligentissima ad bonos mores et christianos sensus instituit, ipse tamen maternis curis non semper respondit.

Duodécim fere annorum spatio, quos cum viro suo tran-

des vertus, spécialement l'humilité, l'obéissance et la charité ; aussi, dans son testament, le père n'hésite pas à écrire de sa fille qu'elle demeura sa plus grande consolation ici-bas et le soulagement de ses peines.

Privée de son père tant aimé, en 1604, Louise trouva une autre véritable affection paternelle chez son oncle Michel, qui devint son tuteur et se livra sans compter, par ses conseils et par sa vigilance, à l'instruction et à l'éducation de sa nièce.

Déjà, du vivant même de son père, Louise avait désiré se consacrer totalement à Dieu ; et dans l'intime de son âme ardente, elle aurait voulu entrer chez les Capucines. Cependant, après de soigneuses réflexions, longtemps prolongées sous la conduite du P. Honoré de Champigny, son directeur de conscience, Louise, par humilité, ne réalisa pas ce premier dessein. Tout au contraire, peu après, en 1613, pour obéir aux désirs familiaux, elle épousa Antoine Le Gras, noble et très recommandable personne, secrétaire de la reine Marie de Médicis. De leur légitime union naquit Michel-Antoine, que la jeune mère forma affectueusement aux bonnes mœurs et aux sentiments chrétiens ; mais l'enfant ne correspondit pas toujours aux soucis maternels. Près de douze ans de vie conju-

segit, praeclarum Dei Famula se praebuit matris familias exemplum ; quod quidem luculentius ostendit, cum vir eius gravem in morbum incidit, qui diu eum vexavit, et quo tandem, die nempe vicesima prima Decembris mensis, anno millesimo sexcentesimo vicesimo quinto, vita functus est. Hac ipsa die illa, coniugii vinculis absoluta, in paroecialem ecclesiam perrexit, sacra synaxi se refecit, arctiore ac pretiosiore vinculo sese astringens, viduitatis voto, quod antea iam emiserat, totam se soli Deo dicavit, et pauperum calamitatibus sublevandis, quod semper ipsi cordi fuerat, se ultro addixit.

Illa igitur, quae hucusque sanctissimos viros, quos inter Sanctus Franciscus Salesius, sui animi moderatores habuit, in divi Vincentii a Paulo disciplinam prorsus se commisit, qui id temporis uberrimam caritatis segetem, aptis ubique sodalitiis institutis, metiebatur. Tanti magistri vestigiis insistens, in illius virtutis imitatione adeo exarsit, ut non modo magno eidem praesidio fuerit, sed eum in exantlandis laboribus paene equiparaverit. Non itinerum asperitas, non caeli inclementia, non cibi potusque defectus, non tenuis valetudo ab assidua caritatis operum exercitatione Dei Famulam avertere potuerunt.

Ad perquirendos et sublevandos pauperes ac miseros quos-

gale firent de la servante de Dieu un remarquable modèle de mère de famille. Quel bel exemple Louise nous apporte dans les soins qu'elle prodigue à son mari gravement et continuellement malade jusqu'à sa mort, survenue le 21 décembre 1625 ! Ce jour-là même, détachée des obligations de son mariage, Louise se rend à l'église paroissiale, reçoit la sainte Communion et, par le lien précieux, mais sévère, du vœu de viduité, se donne totalement à son Dieu, comme elle se l'était promis, se consacrant au soulagement des pauvres qui depuis toujours lui tenaient au cœur.

Aussi, la pieuse veuve qui avait eu déjà plusieurs saints directeurs, tel François de Sales, se confia-t-elle entièrement à la conduite de Vincent de Paul, qui trouva alors en cette âme une coopératrice dans sa surabondante moisson de charité et dans la diffusion de ses judicieuses organisations. Marchant sous la conduite d'un tel maître, Louise fut tellement désireuse d'en imiter la vertu qu'elle devint non seulement son aide intrépide, mais presque son égale dans cette œuvre de dévouement. L'âpreté des chemins, l'inclémence du ciel, la privation de nourriture, la faiblesse de sa délicate santé, rien ne put arrêter la Servante de Dieu dans le continuel exercice de la charité.

Pour chercher et soulager pauvres et miséreux, Vincent avait

cumque plurima iam Vincentius caritatis sodalitia fundaverat, seu piarum mulierum confraternitates, cui *Matronarum coetus* nomen datum est, quibus praecipuum munus erat infirmos tum domi tum in nosocomiis degentes invisere et curare. Plures iam Parisiis et in multis Galliarum paroeciis huiusmodi sodalitates constitutae fuerant; quibus visitandis ut bene agerent Ludovica primum addicta est, quae pluries idcirco ad munus hoc implendum, nullique parcens labori, huc illuc se conferre cogebatur, omnis generis incommoda libenti ferens animo et saepe etiam morbo correpta, apud quamque Confraternitatem beneficam explicabat operam in aegrotorum visitatione eisdemque curis praestandis, in scholis instituendis, in christianae religionis doctrina, cuius compendium quoque scripsit, rudibus imbuendis, ceterisque misericordiae operibus praestandis. Quo in officio obeundo, perspectum est coetus illos Matronarum non posse, Lutetiae Parisiorum potissimum, apte semper proposito fini respondere, tum quia sodales domesticis detinerentur, curis, tum quia earum viri saepe saepius haud sinerent uxores contagioni in nosocomiis contrahendae se obicere; quare factum est ut illae suas famulas mitterent, quae aegrotos visitarent eisque omnigenam caritatis operam darent.

assemblé diverses associations ou confraternités de pieuses femmes, associations de Dames, dont le principal souci était de visiter et soigner les infirmes chez eux ou dans les hôpitaux. Tant à Paris qu'en nombre de paroisses de France, plusieurs de ces Charités furent établies. Aussi, Louise s'appliqua d'abord à les visiter pour les entraîner au bien. Dans ce labeur, à plusieurs reprises et sans épargner sa peine, Louise allait, de-ci de-là, supportant allégrement et malgré les poussées d'une continuelle maladie toutes sortes d'incommodités. En chacune de ses associations, elle exerçait son action bienfaisante dans la visite et le soin des malades, dans l'érection des écoles et dans l'exercice d'autres œuvres de miséricorde, sans oublier l'enseignement du catéchisme, dont, pour l'instruction des ignorants, elle composa même un abrégé.

Dans l'accomplissement de ces visites, il devint bientôt manifeste que les associations charitables des Dames, à Paris principalement, ne pouvaient toujours pleinement répondre à leur fin, soit que leurs membres fussent retenus par les soins domestiques, soit aussi, que les maris ne permissent pas à leurs femmes de s'exposer à la contagion des hôpitaux; d'où il advint que ces Dames envoyèrent leurs servantes pour la visite des malades et l'accomplissement de leurs diverses œuvres de charité.

Cum igitur tum Divus Vincentius, tum Ludovica ipsaeque Matronae quam impar esset huiusmodi mercenarium auxilium pauperum necessitatibus perspexissent, et idcirco aliis prorsus auxiliis opus esse, feminis scilicet bonae voluntatis, quae spiritu caritatis ob Dei amorem, nulla allectae humana mercede, totas se miseris sublevandis addicerent, collatis inter se consiliis ac caelesti lumine diu implorato, statutum est opere frui rudiorum ac validiorum virginum seu viduarum, pauperum quidem, etsi congrua ad religiosum statum amplectendum dote carentium, quas complures inter iuvenes colonas esse noverant, optimas matronarum laboris coadiutrices aliquando futuras.

Nonnullae itaque ex illis in urbem advocatae, matronis uti pauperum famulas se addixerunt. Non omnes vero in arduo illo caritatis officio perseveraverunt : pleraeque eidem minus aptae videbantur ; quam ob rem tum Vincentio tum Ludovicae manifesta fuit necessitas eas non modo excolendi, sed, opportuna praestituta disciplina, ad caritatis munus et suavitatem edocendi et formandi, ut idoneae *pauperum servae* fierent. Aliquot igitur ex iis in communitatem

Dès lors, et Monsieur Vincent et Louise, et les Dames elles-mêmes virent clairement combien était insuffisant le service mercenaire pour l'assistance des pauvres. Tous reconnurent la nécessité de recourir à des femmes entièrement adonnées au soulagement de la misère et qu'animerait une bonne volonté, un esprit de charité pleinement surnaturel, et que ne conduirait pas la moindre prétention à quelque humaine récompense. A ce propos, des conseils s'échangèrent et le secours d'en haut fut longtemps imploré, et l'on décida enfin d'utiliser les services de vaillantes jeunes filles ou veuves de la campagne, pauvres généralement, et manquant ordinairement de cette dot canoniquement requise pour embrasser la vie religieuse. On les savait spécialement nombreuses à la campagne et capables de devenir, avec le temps, d'excellentes collaboratrices, par le dévouement, des Dames de la Charité.

Quelques unes furent mandées à Paris, et, pour le service des pauvres, devinrent bientôt les servantes des Dames.

Toutes, certes, ne persévérèrent pas dans cet âpre service du dévouement, plusieurs s'y montrèrent moins aptes. C'est pourquoi, sans tarder, Vincent de Paul et Louise virent clairement la nécessité non seulement de diriger ces bonnes volontés, mais, par une opportune discipline, de les former tant à l'exercice de la charité qu'à l'art difficile d'instruire et d'éduquer les enfants. Dès lors, pour en faire pleinement *de sages servantes des pauvres*, quelques-unes furent assemblées en communauté et Louise, jugée la plus

vitae suae decursum praestando, Vincentio permittente, voto coactis data est magistra, educatrix et moderatrix Ludovica, qua nulla ex matronis dignior habita est quae illis praeesset. Quae quidem fuit *Societatis Puellarum a Caritate* origo cuius incremento provehendo, pauperumque servitio per totum se Ludovica obstrinxit anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, die Beatae Virgini ab Angelo Salutatae sacro, qui dies sollemnis in Instituto adhuc celebratur, utpote fecundissimae verum sodalitatis initium. Vota autem simplicia paupertatis, castitatis, obedientiae ac pauperibus inserviendi, quatuor post annos, una cum primis illis sororibus nuncupavit, ac die vicesima quinta Martii mensis, anno millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, renovavit.

Brevi temporis spatio, evangelici grani sinapis ad instar, longe lateque Societas ista diffusa est; illi namque tum ecclesiasticae tum civiles potestates quam maxime favebant, quippe quae eius sodales, verae *Caritatis Filiae*, quo nomine ab omnibus sponte appellabantur, multiplicibus *vincentianis* operibus vehementer incumbebant: nam plura nova caritatis et misericordiae officia, praeter pauperum aegrotorum in domibus aut nosocomiis degentium curam, sibi assumpserunt, videlicet: derelictos vel orbatos parentibus infantes alere, senes aetate confectos sustentare, carcere detentos

digne d'entre elles, en prit la direction, la formation et le gouvernement. Tels furent les débuts de cette *Société des Filles de la Charité*. A son développement, Louise s'adonna tout entière et fut autorisée, en 1634, par Vincent de Paul, à se vouer pour toute la vie à ce service des pauvres; c'était au jour de l'Annonciation, fête depuis lors toujours chère à l'Institut et regardée comme le véritable début de cette nombreuse communauté. Ces vœux simples de pauvreté, chasteté, obéissance et de total dévouement au service des pauvres, Louise les renouvela quatre ans après, et, le 25 mars 1642, les émit à nouveau en compagnie des premières Sœurs de la Compagnie.

En peu de temps, à l'instar du grain de sénévé de la parabole évangélique, la communauté se répandit de-ci, de-là; les autorités civiles et ecclésiastiques lui furent pleinement favorables, car les Sœurs, en vraies *Filles de la Charité* (nom que leur donna spontanément la voix populaire), se dévouèrent entièrement aux multiples œuvres *vincentiennes*: offices divers de charité et de miséricorde; soin des malades et des malheureux dans les hôpitaux, voire au cours d'une visite à leur domicile; éducation des enfants abandonnés ou orphelins; consolation des vieillards; réconfort des prisonniers, des galériens, et, jusque sur les champs de bataille.

solari, ad triremes damnatis et militibus in ipsis praelii locis solamen vulneratis afferre, aliaque id genus caritatis obire officia. Plures iam inter primas illas Sorores, *caritatis victimae*, ob Dei amorem quo flagrabant, in proximorum curanda salute vel gloriosam mortem oppetiere, vel quam maxime excelluerunt vitae sanctitudine ; quas inter carere Nos nolumus Nostrae laudis testimonio, Margaritam Naseau, Barbaram Angiboust, Martham d'Auteueil, Ioannam Dalmagne, Margaritam Lauraine, Mariam Iosepham, Sororem Andreinam, de quibus divus Vincentius dicere non dubitavit S. Hieronymum, si suis vixissent temporibus, de ipsis profecto vitam scripturum fuisse, quod sanctae vere illae essent.

Ecquidem mirum ? Fieri aliter non poterat, cum tantae Matris heroicas virtutes, caritatem in primis, acriter sequerentur. Quae quidem maximum omnium favorem optime meritae Sodalitati parabant, ita ut, adhuc Dei Famula vivente, complures iam fundatae domus exstarent ; non enim in variis Galliae tantum provinciis, sed in quibusdam quoque dissitis regionibus, uti in Polonia, cito exortae mire floruerunt.

Ludovica interea, sive in societate regenda, sive in plurimis quae supra memoravimus perarduis caritatis operibus exercendis, etsi infirma atque aegra valetudine fere continuo laboraret, eo animi fervore, ea virium contentione, eo uber-

soin des soldats blessés, sans exclure toutes les autres modalités de leur charité.

Plusieurs, parmi les premières Sœurs, animées d'un ardent amour pour Dieu, moururent *victimes de leur dévouement* envers le prochain, dans de remarquables circonstances. A signaler sur ce tableau d'honneur, Marguerite Naseau, Barbe Angiboust, Marthe d'Auteuil, Jeanne Dalmagne, Marguerite Lauraine, Marie-Joseph, Andrée, etc. De toutes ces Sœurs, Vincent de Paul n'hésita pas à dire : « Si saint Jérôme eût vécu en ces temps-là, il eût écrit leurs vies, puisque vraiment c'étaient de saintes âmes. »

A cela, quoi d'étonnant ? Il ne pouvait en être autrement, puisque d'une telle mère, toutes imitaient généreusement les héroïques vertus et spécialement sa charité, et préparaient ainsi à leur méritante communauté l'estime universelle. C'est pourquoi, du vivant même de sainte Louise, plusieurs maisons étaient fondées et bientôt se développaient étonnamment, non seulement dans diverses provinces de France, mais même au dehors, et au loin, par exemple en Pologne.

Louise, pendant ce temps, se donnait tout entière soit à la direction de la Compagnie, soit à ces pénibles travaux charitables dont nous avons déjà parlé. Malgré sa chétive et malade consti-

rimo fructu integras sui corporis, non vero animi, vires exhausit, ut, gravi morbo correpta anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, lectum tenere coacta sit. Surrexit tamen, atque, ad suetos rediens labores, paratam se omnibus vitae momentis ad mortem proxime obeundam ostendit.

Die vero quarta Februarii mensis quatuor post annos, aetatis suae nempe sexagesimo nono, rursus in morbum incidit, a quo amplius non est sanata. Gravissima in laevo brachio fluxione tentari coepit, quae diris infirmam cruciatibus vexavit, a se patientissime toleratis. Neque sanguinis detractio, neque alia adhibita medicamina ullum ipsi levamen afferre valuerunt. Cuius saevissimi morbi dolores usque ad diem sequentis mensis martii quintam decimam perducti sunt : qua die, hora fere undecima, extremis refecta Sacramentis et apostolica munita benedictione, valedicens filiabus suis, quibus regularum commendavit observantiam, maximis referta meritis, ac indubia exhibens sanctitatis argumenta, placidissimo exitu quievit in Domino. Eius exuviae biduo post in paroecialem Sancti Laurentii ecclesiam delatae, maxima quidem ex omni ordine hominum, pauperum potissimum, frequentia, absque ulla vero pompa, uti ipsa Dei Famula testamento iusserat, in capella Beatae Mariae Virginis Visitationis conditae sunt. Mox autem, post varias sacri

tution, elle s'y livrait sans se lasser jamais : fervente, courageuse, épuisant avec de consolants résultats les forces de son corps, mais non l'énergie de son âme. Aussi, en 1656, une grave maladie la saisit et la contraignit à garder le lit. Elle se leva néanmoins, retournant à ses occupations ordinaires, se tenant toujours prête à quitter cette vie.

Le 4 février 1660, en la soixante-neuvième année de son âge, elle retomba malade ; c'était la fin. Atteinte au bras gauche d'une douloureuse et lancinante fluxion, elle l'endure patiemment ; la saignée et les autres remèdes employés ne lui procurent aucun soulagement. Très vives, les douleurs de la maladie l'ont accompagnée jusqu'au matin du 15 mars. Ce jour-là, sur les 11 heures, réconfortée par les derniers sacrements et la bénédiction apostolique, elle dit adieu à ses filles, leur recommande l'observance des Règles, et chargée de mérites, ornée d'indubitables marques de sainteté, elle rend paisiblement son âme à Dieu.

Deux jours plus tard, son corps fut porté à Saint-Laurent, sa paroisse, et là, ses restes mortels furent inhumés dans la chapelle de la Visitation, en présence d'un grand concours de peuple, de pauvres surtout, mais sans aucune pompe funèbre, comme son

corporis translationes, eius reliquiae in parisiensem domum principem, quam *Seminarium* vocant, anno millesimo octingentesimo vicesimo quarto, translatae sunt, et prope ecclesiae altare, ubi Immaculata Virgo Maria Beatae Catharinae Labouré sex post annos, uti fertur, benignissime apparuit, religiosissime repositae.

Sanctitatis fama, quae toto suae vitae decursu, Dei Famulae, virtutibus in triplici virginitatis, coniugii et viduitatis statu clarissimae, iam comitata est, post obitum in dies vividior effulsit. Bina attamen per saecula, in propriis tantum aedibus, humilitatis spiritu actae, Puellae a Caritate sanctissimae Matris memoriam piissime coluere ; eiusque vero Causa temporum iniuria praetermissa fuit, usque dum, sanctitatis eiusdem opinione in dies percrebrescente et miraculorum iugiter splendore accedente, apud S. Rituum Congregationem Causa ipsa agitari coepit de Beatorum Caelitum honoribus Dei Servae Ludovicae de Marillac Viduae Le Gras decernendis. Processus itaque super eius vitae sanctitate et miraculis anno millesimo octingentesimo sexto Lutetiae Parisiorum ordinaria potestate adornatus est, atque longissimae morae rationibus in ipso iudicii limine districte perpensis,

testament en avait disposé. Plus tard, après diverses translations de ce corps vénérable, ses restes furent portés, en 1824, au Séminaire de la maison-mère, à Paris, et religieusement inhumés près de cet autel où, six ans après, l'Immaculée Vierge Marie allait, comme il est rapporté, se montrer à la bienheureuse Catherine Labouré.

Le renom de sainteté accompagna Louise au cours de sa triple et successive condition de jeune fille, de mère de famille et de veuve, mais devint, après sa mort, de jour en jour plus éclatant. Cependant, durant deux siècles, les Filles de la Charité, guidées par l'esprit d'humilité, conservèrent pieusement au sein de la communauté le souvenir de la *vénérable Mère*. La cause de Louise de Marillac, de par le malheur des temps, fut successivement remise. Enfin, cette renommée croissant continuellement, et l'auréole des miracles venant encore l'aviver, on se résolut à commencer les ordinaires procès apostoliques devant la Sacrée Congrégation des Rites. C'est pourquoi, en 1886, de par l'autorité de l'archevêque de Paris, furent commencées les recherches sur la sainteté de vie et les miracles de la Servante de Dieu, Louise de Marillac, veuve Le Gras.

Malgré le long temps écoulé depuis 1660, l'année de sa mort, jusqu'à l'ouverture du procès, on n'hésita pas, après un sérieux examen, à suppléer par d'autres preuves aux dépositions des

nullum in primis rescriptum est esse impedimentum, quominus testium de visu defectui per subsidiarias suppleretur probationes, atque undecim post annos, probationibus legitime sumptis, a fel. rec. Leone Tertiodecimo, Decessore Nostro, die decima Iunii mensis, anno millesimo octingentesimo nonagesimo quinto, introductionis Causae commissio signata est.

Ceteris postmodum expletis, quae peculiare de non cultu ac fama in genere sanctitatis inquisitiones respiciunt, de virtutibus in gradum heroicum a Dei Famula exercitis Processus confectus est; quo absoluto ceterisque ad iuris tramitem peractis, s. m. Pius Decimus, Praedecessor et ipse Noster, die undevicesima Iulii mensis, Divo Vincentio a Paulo sacra, anno millesimo nongentesimo undecimo de heroico venerabilis ipsius Dei Famulae virtutum gradu decretum edidit atque ad quatuor miraculorum discussionem rite procedi posse sanxit. De tribus itaque miris sanationibus, quae, venerabili Ludovica deprecante, ab omnipotenti Deo dicebantur patratae, iudicium institutum est; quo quidem districte persoluto, cl. m. Benedictus Papa Decimusquintus die nona mensis Martii, anno millesimo nongentesimo undevicesimo, solemniter pronuntiavit: *Constare de tribus miraculis, Servae Dei Ludovicae de Marillac, Viduae Le Gras, intercessione patris, nempe: instantanae perfectaeque sanationis Iosephi Mariae Heleut ab otite media*

témoins oculaires : onze ans durant, on interrogea l'histoire. Aussi, le 10 juin 1895, Léon XIII, Notre illustre prédécesseur, signa l'introduction de la cause.

Les recherches et examens depuis lors se poursuivirent, et les procès furent successivement entrepris sur le non-culte, la renommée de sainteté et les vertus héroïquement pratiquées par la Servante de Dieu. Aussi, tout étant désormais canoniquement achevé, le 19 juillet 1911, en la fête de saint Vincent, Pie X, de sainte mémoire, apposa sa signature au décret sur les héroïques vertus de la servante de Dieu, et déclara que l'on pouvait désormais procéder à la discussion des quatre miracles régulièrement requis.

Trois merveilleuses guérisons, affirmait-on, devaient être attribuées à l'intercession de la vénérable Louise auprès de Dieu tout-puissant. Une enquête judiciaire rigoureuse fut faite à leur sujet. Et, le 19 mars 1919, Benoît XV, Notre illustre prédécesseur, déclara solennellement : *Sont reconnus les trois miracles accomplis par l'intercession de la Servante de Dieu, Louise de Marillac, veuve Le Gras; savoir : la subite et parfaite guérison de Joseph-Marie Heleut, d'une otite médiane purulente avec perforation du tympan.*

purulenta cum tympani perforatione aliisque osteitis et periostitis in regione mastoïdea sociata phaenomenis ; de altero, instantaneae perfectaeque sanationis sororis Mariae Ferrer et Nin a mielite compressiva postraumatica ; deque tertio, instantaneae perfectaeque sanationis Rosae Curlo ab ulcere fistuloso.

Verumtamen cum pro indole probationum, quibus Causa ista fulciebatur, quartum necesse esset miraculum addere ac probari, *ut quod humano deerat, divino compensaretur iudicio*, idem Decessor Noster, maiorum sequutus vestigia, qui eadem usi sunt indulgentia in religiosorum Ordinum seu Familiarum Conditorum causis, cum de amplissimae Societatis Confundatrice ageretur, cuius Sorores ad fere quadraginta millia toto terrarum orbe sparsae, vere aliud *hereditatis miraculum* constituunt ac perennant, ab illius quarti miraculi onere dispensationem benignissime largitus est, ac die sexta mensis Iulii, eodem anno, *tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Ludovicae de Marillac Beatificationem* rite decrevit, cuius sollemnia in Basilica Vaticana sequenti anno, die nona mensis Maii, Dominica quinta post Pascha recurrente, maxima cum populi frequentia celebrata sunt.

Mox cum invalesceret in dies erga novensilem Beatam christifidelium fervor, cumque miserentissimus Dominus

compliquée d'autres phénomènes d'ostéite et de périostite dans la région mastoïdienne ; le second : la guérison instantanée et parfaite de Sœur Marie Ferrer Nin, d'une miélite compressive consécutive à un choc ; le troisième : Rose Curlo, parfaitement et instantanément délivrée d'un ulcère fistuleux.

Pour le genre de preuves que requérait cette cause, il eût été, de plus, nécessaire d'adjoindre et d'examiner un quatrième miracle, ordinairement requis, et qu'à défaut des témoignages humains, Dieu lui-même se prononçât ; mais Notre prédécesseur, imitant les anciens précédents, usa de la traditionnelle bienveillance dans les causes de fondateurs d'Ordres ou familles religieuses ; il s'agissait, en effet, de la cofondatrice d'une très nombreuse Société, dont presque quarante mille membres, répandus dans le monde entier, constituent et perpétuent dès lors ce perpétuel miracle de la postérité. C'est pourquoi Benoît XV dispensa très bienveillamment de l'obligation de ce quatrième miracle, et, le 6 juillet 1919, déclara officiellement que l'on pouvait en sûreté procéder à la solennelle *beatification de Louise de Marillac*. En conséquence, le 9 mai 1920, cinquième dimanche après Pâques, dans la Basilique vaticane, la beatification fut célébrée au milieu d'un grand concours de peuple.

Dès ce moment, la dévotion des fidèles s'accrût à l'égard de la

novis eius gloriam miraculis confirmare et augere dignatus esse diceretur, biennio post, Causa ad eiusdem Beatae Canonizationem impetrandam reassumpta est, et a dilecto filio Iosepho Scognamillo, Congregationis Missionis Procuratore et Causae Postulatore diligentissimo, binae propositae sunt portentosae sanationes, quae Parisiis una, Panormi altera, Beata Ludovica intercedente, a Deo patratae asserebantur, super quibus Processus Apostolici instructi sunt. Quum vero e duabus istis sanationibus altera, quae Panormi evenerat, post districtum iudicium seposita esset, de alia mira sanatione, quam Labaci Deus operatus esse ferebatur, processus constructus est.

Sanatio prima Lutetiae Parisiorum ita evenit. Soror Tere-
sia, in saeculo Maria Catharina Darracq, e Puellarum a Cari-
tate Sancti Vincentii a Paulo Sodalitate, iam inde ab anno
millesimo nongentesimo octavo Pottiano morbo laborare
coepit, qui per quindecim annos, meningite spinali tubercu-
lari accedente, eam adeo dire vexavit, ut fiaccidis paraly-
si inertibusque cruribus, lecto affixa, viribusque corporis in
dies deficientibus, iam morti proxima videretur. Quum
incassum omnes medicae artis curationes cessissent, Beatae
Matris Ludovicae auxilium per binas integras novendiales
preces infirma una cum sodalibus imploravit. Die autem

nouvelle bienheureuse ; et pour en augmenter la gloire, l'infinie
bienveillance divine se plut à confirmer ce culte par de nouveaux
miracles. Deux ans après la béatification, la cause fut reprise, en
vue de la canonisation, et Notre cher fils Joseph Scognamillo, pro-
cureur de la Congrégation de la Mission et diligent postulateur de
la Cause, Nous présenta deux étonnantes guérisons obtenues, l'une
à Paris, l'autre à Palerme, et attribuées à l'intercession de la
bienheureuse Louise. Deux procès apostoliques furent aussitôt
entrepris ; mais de ces deux guérisons, celle de Palerme fut écartée
après un sévère jugement ; aussi, un autre procès fut entrepris
à propos d'une étonnante guérison que Dieu, disait-on, avait opérée
à Lioubliana. Le premier prodige était survenu à Paris, et voici
comment : Sœur Thérèse-Marie-Catherine Darracq, Fille de la
Charité de Saint-Vincent-de-Paul, souffrait depuis 1908 d'un mal
de Pott qui, compliqué d'une méningite spinale tuberculeuse, la fit
cruellement souffrir quinze ans durant : les jambes s'affaiblis-
saient, atteintes même peu à peu de paralysie ; les forces baissaient
chaque jour, et la mort semblait proche. En vain, les médecins
avaient épuisé toutes les ressources de leur art ; aussi, la malade,
avec ses Sœurs, commença-t-elle alors une double neuvaine à la
bienheureuse Mère Louise de Marillac. Au matin du 28 mai 1920,

vicesima octava mensis Maii, decima nona post eiusdem Beatificationis sollemnia, ipso mane in pessimis, uti antea, teterrimi morbi versabatur conditionibus ; hora vero ante meridiem decima, Soror Teresia repente nullum amplius passa est dolorem, et illico, novam veluti vitam in se influere sentiens, e lectulo surgit, ad domesticum sacellum nemine adiuvante, se confert perfecte sanata. In quem morbum, uti periti physici testati sunt, non amplius recidit.

Altera sanatio, quae uti diximus, Labaci facta est, ita evenisse refertur. Soror Veronica, in saeculo Agnes Hocevar, miro modo, ab ipso Divo Vincentio, uti narratur, in Puellarum a Caritate Societatem vocata, ibique ingressa anno millesimo nongentesimo quarto, tres et viginti annos agens, suae probationis tempore aegrotavit et a medicis diathesi tuberculari, primaria adenopathia hilari peribronchiali et mediastinica tuberculari una cum pleurite pariter tuberculari iam ab adolescentia affecta, a medicis conclamata est. Exinde pleuropericardicae adhaesiones cum myocardica insufficientia accesserunt, quae in vitae discrimen Sororem perduxerunt, quaeque omnino insanabiles concorditer habitae fuere. Eo namque res devenerat, ut infirma anhaelo saepe pectore spiritum aegre traheret, frequentibus cordis pulsationibus moleste laboraret, ac prorsus debilitata corpore, in peius quotidie, absque ulla humana spe, rueret. Iamvero,

dix-neuf jours après la béatification, tout allait au plus mal et les conditions de la cruelle maladie s'aggravaient ; or, voici que, sur les 10 heures, Sœur Thérèse tout à coup n'éprouve plus aucune douleur et, ressentant comme l'infusion d'une nouvelle vie, quitte son lit, et, parfaitement guérie, se rend, seule et sans aide, à la chapelle de la maison. Et depuis lors, le témoignage des experts est formel, le mal ne se fit plus sentir.

La seconde guérison, comme il a été dit plus haut, survint à Lioubliana. Sœur Véronique, dans le monde Agnès Hocevar, âgée de 23 ans en 1904, se sentit, raconte-t-elle, appelée par saint Vincent lui-même à la Compagnie des Filles de la Charité. Dès son temps de Séminaire, elle fut malade et les médecins lui diagnostiquèrent une diathèse tuberculeuse, ayant débuté dès l'adolescence par une adénopathie tuberculeuse, hilare, péribronchique et médiastinale, avec pleurite également tuberculeuse. De là survinrent des adhésions pleuropéricardiques, avec insuffisance myocardique, qui, unanimement jugées incurables, mirent en danger la vie de la Sœur. Son état devint tel que l'infirme, essouffée, respirait à grand'peine, et que de fréquentes pulsations cardiaques, l'éprouvant atrocement et débilitant peu à peu tout son être, en

vertente anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, tum aegrotata tum Sorores ad Beatae Ludovicae patrocinium unice confugerunt; die vero vicesima prima Ianuarii mensis insequentis anni novendiales preces ad ipsius Beatae implorandam intercessionem fervidae fusae sunt, atque ultima earum die, hora quinta post meridiem, Soror Veronica, etsi morti proximam sese persentiret, in domus oratorium, invisibili veluti vi adducta, ad eucharisticam benedictionem suscipiendam se conferre voluit, ibique in instanti ita perfecte sanata est ut gravia ac laboriosa officia, a quibus iam diu omnino impediebatur, absque ullo incommodo iterum suscipere valuerit et in optima a praegresso morbo recuperata valetudine perseveraverit.

Ex quibus omnibus uti supra enarratis miraculi character clare in utraque sanatione elucet, prout tum a curatione medici, tum omnes a S. Rituum Congregatione adlecti periti unanimi sententia agnoverunt.

Districta itaque tum in antepreparatoriis, tum in preparatoriis, tum etiam in generalibus coram Nobis comitiis disceptatione praehabita, Nos tandem kalendis Novembribus, praeterito anno, *constare de duobus miraculis Beata Ludovica de Marillac, Vidua Le Gras, intercedente, a Deo patratis; scilicet: de instantanea perfecta sanatione tum Sororis*

vinrent à faire perdre tout espoir. Aussi, à la fin de 1925, la malade et ses compagnes, d'un accord unanime, recoururent à l'intercession de la bienheureuse Louise. Le 21 janvier 1926, les prières d'une fervente neuvaine montaient vers le ciel, et, en ce dernier jour, sur les 5 heures du soir, Sœur Véronique sentait la mort toute proche. Alors, comme attirée par une invisible force, elle voulut, pour recevoir la Bénédiction du Saint Sacrement, se rendre à l'oratoire domestique. Et là, en un instant, elle se trouva parfaitement guérie. Depuis lors, les travaux difficiles et pénibles qui depuis longtemps lui étaient totalement impossibles lui devinrent faciles et ne lui causèrent nul malaise, car, recouvrée, la santé se maintint excellente.

De toutes les circonstances de ces deux guérisons ressortait clairement le caractère miraculeux; ainsi l'avouèrent unanimement et les médecins habituels de ces malades et les experts eux-mêmes, commis par la Sacrée Congrégation des Rites.

La discussion s'engagea donc à leur sujet dans deux Congrégations, antépréparatoire et préparatoire, et dans la réunion générale tenue devant Nous. Aussi, le 1^{er} novembre 1933, Nous avons solennellement déclaré: *L'intercession de la bienheureuse Louise de Marillac, veuve Le Gras, a manifestement obtenu de Dieu les deux*

Teresiae Darracq a morbo pottiano dorsuali cum spinali meningite tuberculari coniuncto, tum Sororis Veronicæ Hocevar ab insanabilibus adhaesionibus pleuro-pericardicis cum insufficiencia myocardiica, solemniter pronuntiavimus. Denique generali S. Rituum Congregatione coram Nobis convocata, propositaque quaestione an, stante praefatorum miraculorum approbatione, ad solemnem Beatae Ludovicae de Marillac Canonizationem tuto procedi posset ; cum venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Officiales Praelati et Consultores eiusdem S. Rituum Congregationis unanimi suffragio in affirmativam convenissent sententiam, Nos tamen Nostram aperire mentem distulimus, ut interim divinum beneplacitum multiplicatis precibus magis patefieret. Arcesitis itaque ad Nos duodecima die mensis Novembris dilectis filiis Nostris Camillo Cardinale Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Cardinale Verde, Causae Relatore, necnon Alfonso Carinci eiusdem Congregationis a Secretis et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, sacrosancto Eucharistico Sacrificio pientissime litato, tuto procedi posse ad Beatae Ludovicae de Marillac, Viduae Le Gras, Canonizationem ediximus.

miracles suivants : Sœur Thérèse Darracq a été parfaitement et subitement guérie d'un mal de Pott dorsal, joint à une méningite spinale tuberculeuse ; et Sœur Véronique Hocevar a été délivrée d'adhésions pleuropéricardiques avec insuffisance myocardiique jugées incurables.

C'est pourquoi, dans l'assemblée générale de la Congrégation des Rites, tenue devant Nous, la question a été posée de savoir si, après l'approbation des deux susdits miracles, on pouvait en sûreté procéder à la solennelle canonisation de la bienheureuse Louise de Marillac.

Nos Vénérables Frères, les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, et les officiers, prélats et consultants de la Sacrée Congrégation des Rites, unanimement se prononcèrent pour l'affirmative. Nous, toutefois, Nous réservâmes notre jugement, multipliant entre temps les prières, afin que le bon plaisir divin Nous apparût plus clair. Enfin, le 12 novembre, Nous mandâmes près de Nous Nos Chers Fils les cardinaux Camille Laurenti, préfet de cette Congrégation des Rites, et Alexandre Verde, rapporteur de cette Cause ; Nous appelâmes également le secrétaire général des Rites, Alphonse Carinci, et le promoteur général de la Foi, Sauveur Natucci. Après avoir pieusement célébré la sainte messe, Nous avons déclaré : *En sûreté, on peut procéder à la canonisation de la bienheureuse Louise de Marillac, veuve Le Gras.*

Postea, ut a Decessoribus Nostris in re tanti momenti sapientissime constitutus servaretur ordo, primum venerabiles fratres Nostros S. R. E. Cardinales in Consistorium secretum die vicesima prima mensis Decembris, elapso anno ad Nos convocavimus; in quo prae habito per praefatum Cardinalem Camillum Laurenti sermone de vita et de miraculis Beatorum Ioannis Bosco, Pompilii Mariae Pirrotti, Confessorum Sacerdotum, et Beatarum Mariae Michaëlae a SS. Sacramento Virginis et Ludovicae de Marillac, Viduae Le Gras, ac recensitis actis, quae in ipsorum quatuor Beatorum Causis Beatificationis et Canonizationis S. Rituum Congregatio, accurato praevio examine, admisit et probavit, singulorum Patrum Cardinalium suffragia exquisivimus, iique singuli suam Nobis aperuere sententiam.

Quo secreto consistorio feliciter absoluto, habitum est in continenti Consistorium publicum pro solemnibus eorumdem Beatorum Canonizationum peroratione, quam dilectus filius Robertus Mucci, Consistorialis Aulae Nostrae Advocatus, ad Beatae Ludovicae de Marillac Canonizationem obtinendam de more habuit. Nos autem, etsi summopere exoptare Beatos illos Caelites sanctitudinis diademate decorare eosque omnibus christifidelibus ad intuendum imitandumque pro-

Ensuite, pour garder, en matière si grave, la réglementation fort sage de Nos prédécesseurs, Nous avons, le 21 décembre 1933, d'abord convoqué en Consistoire secret Nos Vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine. Là, le susdit cardinal Camille Laurenti, en son discours, nous rappela la vie et les miracles d'abord des bienheureux Jean Bosco et Pompilius-Marie Pirrotti, prêtres, confesseurs, puis ceux des bienheureuses Marie-Michelle du Saint-Sacrement, vierge, et de Louise de Marillac, veuve Le Gras; il énuméra les divers Actes que la Sacré Congrégation des Rites, après un sérieux examen préalable, admit et approuva dans la quadruple Cause de béatification et canonisation de ces quatre Bienheureux.

Puis Nous demandâmes personnellement l'avis de chacun des cardinaux présents, et tous Nous manifestèrent leur sentiment.

Ce Consistoire secret heureusement achevé, on tint aussitôt un Consistoire public pour solliciter solennellement la canonisation de ces mêmes Bienheureux. Notre Cher Fils Robert Mucci, avocat consistorial à Notre cour, fit pour la bienheureuse Louise de Marillac la demande d'usage. Nous donc, bien que pleinement désireux d'orner du diadème de saint ces célestes bienheureux, et malgré Notre vif souhait de les proposer à la vénération et à l'imitation de tous les chrétiens, Nous avons toutefois décidé que, dans

ponere fassi simus, tamen, ut in re sane gravissima, quae cum intemerata catholicae religionis integritate arcte conjungitur, tradita a maioribus instituta nulla ex parte praetermitterentur, necessarium diximus, antequam inviolati magisterii Nostri sententiam pronunciaremus, semipublicum, quod vocant, haberi Consistorium, in quo tum venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, tum omnes, qui adituri sint, sacrorum Antistites iudicium cuiusque suum de more Nobis aperuerint; et interea universos ad divinum implorandum auxilium Sanctum Paraclitum Spiritum adprecare monuimus.

Mandavimus igitur ut ad illorum quemque de singulorum Beatorum illorum vita, virtutibus, miraculis actisque omnibus in eorum Causis commentaria transmitterentur, ut, re perspecta ac mature perpensa, suam quisque posset sententiam dicere et Nobis patefacere. Porro ad quintamdecimam diem elapsi mensis Ianuarii in Consistorium illos omnes apud Nos convenimus; eosque Nos allocuti, quid de Beatis Confessoribus Ioanne Bosco ac Pompilio Maria Pirrotti, necnon de Beatis Michaëla ab Augusto Sacramento Virgine et Ludovica de Marillac Vidua ad Sanctorum Caelitum honores evehendis sentirent Nobisque suam aperire mentem vellent rogavimus. Exceptis autem singulorum adstantium suffragiis, ex mira-

cette affaire éminemment importante, étroitement unie à l'inviolable intégrité de la religion catholique, il ne fallait en rien s'écarter des règles léguées par Nos Prédécesseurs, et, avant de prononcer la sentence de Notre irréformable magistère, Nous avons proclamé nécessaire de tenir un Consistoire semi-public, où puissent Nous dire leur avis, soit Nos Vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, soit les prélats convoqués pour y assister. Enfin, Nous avons averti un chacun de demander et implorer le secours du divin Paraclète; et avons ordonné qu'à chacun des membres de ce futur Consistoire, on envoyât un rapport sur la vie, les vertus, les miracles de ces Bienheureux et, tout ensemble, le sommaire des Actes de leur Cause, afin que, tout bien considéré et mûrement examiné, un chacun pût Nous dire et manifester son avis.

C'est pourquoi, le 15 janvier 1934, Nous avons convoqué en Consistoire tous les membres susdits; puis, sur la canonisation des bienheureux confesseurs Jean Bosco, Pompilius-Marie Pirotti, et des bienheureuses Michelle du Saint-Sacrement, vierge et Louise de Marillac, veuve Le Gras, Nous leur avons demandé ce qu'ils pensaient, les priant de Nous manifester leur avis.

Nous reçûmes les suffrages de chacun des membres présents.

bili eorum consensione haud mediocri affecti sumus laetitia, eo vel magis quod Nobis liceret totius catholici orbis explere vota, atque novis deprecatoribus ac patronis militantem Ecclesiam donare. Decrevimus igitur Caelites illos Sanctorum catalogo adscribere atque sollemnes id genus ritus, eo quo decet apparatu ac pompa, in Vaticana Basilica peragere; Beatae autem Ludovicae de Marillac Canonizationi diem hanc, undecimam videlicet mensis Martii, statuimus; ad quam rem fauste feliciterque exsequendam ut caelestem Nobis opem precibus conciliare ne desisterent, omnes, quotquot aderant, enixe in Domino adhortati sumus. De quibus omnibus ut publicum instrumentum conficerent, dilectos filios Protonotarios Apostolicos adstantes sueta forma rogavimus.

Hacce itaque adveniente faustissima a Nobis praestituta die Beatae Ludovicae de Marillac Canonizationi celebrandae, omnes tam saecularis quam regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, nec non venerabiles fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi et Abbates Patriarchalem Basilicam Vaticanam adiverunt, magnificentissimo ornatam apparatu et maxima fidelium stipatam frequentia, quos inter plura sodalium millia

Leur étonnante unanimité Nous combla d'une joie certes bien grande, en les entendant Nous affirmer que, par ces canonisations, Nous remplirions les vœux de l'univers catholique, et ménagerions à l'Eglise militante de nouveaux intercesseurs et patrons.

Nous décrétâmes donc que ces Bienheureux seraient inscrits au catalogue des saints et qu'en la Basilique vaticane leur solennelle canonisation s'accomplirait avec le cérémonial et l'apparat d'usage.

Pour la bienheureuse Louise de Marillac, Nous avons fixé ce jour-ci, onzième de mars, et pour la réalisation d'une aussi heureuse et consolante cérémonie, Nous avons instamment prié dans le Seigneur tous ceux qui étaient alors réunis, de ne cesser, dans leurs prières, d'implorer le secours divin.

De tous ces faits Nous avons finalement prié, par la formule accoutumée, Nos Chers Fils les protonotaires apostoliques présents de dresser l'acte officiel requis.

Enfin, arriva ce jour fortuné que Nous avons fixé pour la canonisation de la bienheureuse Louise de Marillac. Tous les Ordres du clergé séculier et régulier, les prélats et officiers de la Curie romaine, Nos Vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, les patriarches, archevêques, évêques et abbés se rendirent à la basilique vaticane; elle était splendidement décorée et déjà occupée par un grand concours de fidèles, parmi lesquels

e Vincentianis Familiis ceterisque a Caritate institutis, qui ex omnibus terrae regionibus in Urbem advenerant ; eamque et Nos solenni pompa ingressi sumus. Porro, divino Eucharistico Sacramento devote adorato, ad Nostram perreximus Cathedram. Tum dilectus filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefectus et huic procurandae Canonizationi praepositus, perorante dilecto filio Roberto Mucci, Consistorialis Aulae Nostrae Advocato, postulationem *instantier* Nobis detulit, ut Nos Beatam Ludovicam de Marillac, Viduam Le Gras, supremis Sanctorum honoribus decorare dignaremur. Quod cum iterum ac tertium, *instantius* nempe et *instantissime* ab eodem Cardinale per eundem Consistorialem Advocatum postulatum sit, semel iterumque superni luminis gratia ferventius implorata, Nos, ex Divi Petri cathedra, supremus universalis Christi Ecclesiae Magister, sollemniter pronuntiavimus :

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum,

se faisaient remarquer, au nombre de plusieurs milliers, les représentants des membres des familles vincentiennes et autres Instituts de charité qui, du monde entier, étaient accourus à la Ville Eternelle.

Au milieu de cette assemblée, Nous fîmes Notre entrée solennelle, et, après avoir pieusement adoré le Saint Sacrement, Nous Nous rendîmes à Notre trône. Alors, Notre Cher Fils le cardinal Camille Laurenti, préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, préposé à cette Cause de canonisation, Nous adressa, par Notre Cher Fils Robert Mucci, avocat de Notre cour consistoriale, l'instance demande de vouloir bien décorer des suprêmes honneurs de sainte la bienheureuse Louise de Marillac, veuve Le Gras. Une seconde et troisième fois, le susdit cardinal Laurenti, par la bouche du même avocat consistorial, Nous présenta semblable demande d'une façon d'abord plus vive, puis enfin très pressante. Par deux fois, Nous implorâmes avec ferveur la grâce et la lumière divine ; enfin, en qualité de Maître suprême de l'Eglise du Christ, Nous avons solennellement prononcé : *A l'honneur de la sainte et indivisible Trinité, pour l'exaltation de la foi catholique et l'extension de la religion chrétienne, de par l'autorité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, des bienheureux apôtres Pierre et Paul, et par la Nôtre, après mûre délibération, après avoir fréquemment implorer le secours d'en haut, sur l'avis de Nos Vénérables Frères les car-*

Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Bealam Ludovicam de Marillac, Viduam Le Gras Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die quintadecima martii, inter sanctas non Virgines pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Qua Canonizationis formula a Nobis edicta, precibus annuentes a praefato Advocato Consistoriali, Cardinalis Procuratoris nomine, Nobis porrectis, has Decretales sub plumbio Litteras fieri expediri que decrevimus; Protonotariis vero Apostolicis ut ad perpetuam eiusdem Canonizationis memoriam publicum exararent instrumentum, mandavimus. Omnipotenti insuper Deo ob tantum beneficium hoc una cum universo clero et populo debitis actis gratiis, primum novensilis huius Sanctae patrocinium ab ipso aeterno Deo ferventer poposcimus. Ad Missam autem post evangelicam lectionem, quotquot aderant homilia allocuti sumus ac Sanctae Ludovicae laudes per praecipua lineamenta adumbravimus atque omnibus christifidelibus novensilem hanc Caelitem ad intuendum non solum, sed et ad imitandum exemplar pro-

dinaux de la Sainte Eglise Romaine et celui des patriarches, archevêques et évêques se trouvant à Rome, Nous avons décidé et déclarons que la bienheureuse Louise de Marillac, veuve Le Gras, est sainte et que Nous l'inscrivons au catalogue des saints; décrétant que sa mémoire doit être pieusement et dévotement honorée au titre de sainte femme, non vierge, par l'Eglise universelle, au 15 mars de chaque année. Au nom du Père et du Fils et du Saint-Esprit. Ainsi soit-il.

La déclaration de cette canonisation à peine achevée, Nous accédions à la demande que Nous présenta le susdit avocat consistorial, au nom du cardinal ponent, et Nous prescrivions que l'on dressât et expédiât ces présentes Lettres décrétales, munies de Notre sceau plombé, et Nous ordonnions aux protonotaires apostoliques de dresser l'acte officiel pour fixer à jamais le souvenir de cette canonisation.

En outre, en même temps que le clergé et les fidèles, Nous remerciâmes le Tout-Puissant pour un si grand bienfait, Nous implorâmes avec ferveur l'intercession de la nouvelle sainte. Et même, après l'Evangile, au cours de la messe de ce jour, Nous adressâmes aux fidèles présents une homélie qui, redisant les louanges de sainte Louise, retraça les principaux traits de cette nouvelle figure de sainte, digne d'être proposée non seulement à la contemplation, mais à l'imitation de tous. *Puisque, disions-Nous, les malheurs*

posuimus. Cum enim, inquit, *ingravescentibus malis, quibus tam acriter nostra laborat aetas, neutiquam, per humana consilia, paria remedia adhibeantur, ad superna nobis est praesidia atque auxilia, precando operandoque, confugiendum. Quod legum iustitia, quod hominum curae sollicitudinesque saepenumero dare non possunt, hoc, ex nostra cuiusque navitate, divina praestet caritas; ea nempe caritas, qua incensa Ludovica de Marillac tot eximia patravit facinora; ea caritas, quae « patiens est, benigna est,... non aemulatur, non agit perperam,... omnia credit, omnia suffert, omnia sperat »; ea denique caritas, qua, Iesu Christi vestigiis insistentes, miseros omnes veluti fratres complectimur, foveamus, solamur. Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam peramanter adstantibus omnibus impertivimus; ac, Deo propitio, Pontificale Sacrum persolvimus.*

Praeclara itaque sanctissimae huius caritatis heroidis et pauperum servae, nunc in caelo patronae potentissimae, memoria Nostris hisce Litteris consecrata, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra memoravimus iterum confirmamus, roboramus atque statuimus;

augmentent et atteignent cruellement Notre temps, puisque Nous ne pouvons recourir aux impuissants remèdes et aux vains secours d'ici-bas, il faut Nous tourner, tout en priant et travaillant, vers l'aide et l'assistance célestes. Ce que la justice des lois, ce que les travaux et la sollicitude des hommes et Nos communs efforts souvent ne peuvent obtenir, que la divine charité Nous l'accorde : cette charité qui enflamma Louise de Marillac pour tant d'œuvres remarquables; cette charité est patiente, elle est bienveillante, elle ne s'enfle point d'orgueil, elle ne fait rien d'inconvenant, elle croit tout, elle supporte tout, elle espère tout; cette charité enfin, nous attachant aux exemples de Jésus-Christ, nous fait considérer tous les pauvres comme des frères que nous devons aimer, consoler et aider.

A la fin de Notre homélie, Nous avons affectueusement concédé à toute l'assistance la Bénédiction apostolique et l'indulgence plénière pour ses péchés, puis, avec l'aide de Dieu, la messe pontificale s'est achevée.

L'illustre souvenir de cette très sainte héroïne de la charité, de cette servante des pauvres, maintenant patronne fort puissante au ciel, est attestée par Nos présentes Lettres : aussi, tout bien considéré, de science certaine, de par la plénitude de Notre apostolique autorité, Nous confirmons à nouveau, approuvons, déclarons,

decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae his presentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die undecima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

FR. THOMAS PIUS O. P. card. BOGGIANI C. card. LAURENTI
Cancellarius S. R. E. *S. R. C. Praefectus.*

DOMINICUS SPOLVERINI, Archiep. tit. Lariss., *prot. apost.*
 ALFONSUS CARINCI, *protonotarius apostolicus.*

décrétons, publions et à l'Eglise catholique universelle donnons connaissance de tout ce que ci-dessus.

Nous prescrivons en outre que les exemplaires de ces Lettres, même copiés ou imprimés mais pourvus cependant du sceau et de la signature de tout notaire apostolique, soient jugés dignes de foi tout autant que ce présent exemplaire original s'il était présenté ou montré. Si quelqu'un donc, par une audace téméraire, osait porter atteinte ou aller à l'encontre desdites Lettres décrétales de cette canonisation que Nous avons définie, décrétée, décidée, prescrite, ordonnée et voulue, qu'il sache, cet audacieux, qu'il encourrait l'indignation du Tout-Puissant et des bienheureux apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome, proche Saint-Pierre, le 11 mars de l'an 1934, de Notre pontificat le treizième.

Je, PIE, évêque de l'Eglise catholique.

† FR. THOMAS-PIE, *Dominicain*, cardinal BOGGIANI, *chancelier de la Sainte Eglise Romaine.*

† CAMILLE, cardinal LAURENTI, *préfet de la Congrégation des Rites.*

† DOMINIQUE SPOLVERINI, *archevêque titulaire de Larisse, protonotaire apostolique.*

ALPHONSE CARINCI, *protonotaire apostolique.*

HOMILIA

in sollemni canonizatione Beatæ Ludovicæ de Marillac,
viduæ Le Gras, in Basilica vaticana, die XI mensis
Martii, anno MDCCCCXXXIV habita.

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Post piissimum obitum Ludovicæ de Marillac, quam dudum
aeternæ beatitatis compotem sollemni ritu declaravimus,
cum sanctissimus ille vir Vincentius a Paulo, qui eam et disci-
pulam et quasi filiam carissimam habuerat, praeclaras eius
laudes praedicaret, eiusque imaginem ad vivum effingeret,
eam, hanc Apostoli gentium veluti scalpro expressam sen-
tentiam usurpantem, inducit : *Vivo autem, iam non ego ; vivit
vero in me Christus.* (Galat. II, 20.) Etenim caelestem sponsum,
cui, post viri sui mortem, se totam dedere voverat, tam incensa
caritate redamabat, ut iam non se nec sua quaereret, sed eius
dumtaxat gloriam eiusque voluntatem. Sibi mori, ut Iesu
Christo viveret ; hoc unum fuit totius suae vitae propositum.

HOMÉLIE

prononcée dans la Basilique vaticane, à l'occasion de la
canonisation de la bienheureuse Louise de Marillac,
veuve Le Gras, le 11 mars 1934.

VÉNÉRABLES FRÈRES, CHERS FILS,

Après la très pieuse mort de Louise de Marillac, que Nous venons
solennellement de déclarer en possession de la béatitude éternelle,
saint Vincent de Paul, qui l'avait eue pour disciple et fille de
prédilection, se servit, pour prononcer son éloge et tracer son por-
trait, de cette sentence frappée par l'Apôtre : *Ce n'est plus moi
qui vis, c'est le Christ qui vit en moi.* (Galat. II, 20.) En effet,
Louise de Marillac aimait d'un amour si intense le céleste Epoux,
auquel, après la mort de son mari, elle avait fait vœu de se con-
sacrer sans réserve, qu'elle ne se recherchait jamais elle-même, ni
son propre avantage, mais uniquement la gloire de Dieu et sa
volonté. Mourir à elle-même, pour vivre à Jésus-Christ : tel fut
le seul dessein de toute sa vie.

Quamobrem, futurae aetatis suae cursum, qui non unam haberet humanae amplitudinis adipiscendae opportunitatem, ad Dei bene placitum eiusque famulatum quam diligentissime convertere; divitias, quibus afflueret, in pauperum levamentum erogare; egregias denique, quibus eniteret animi dotes, non ad fluxarum voluptatum adeptionem dirigere, sed ad proximorum doloribus medendum, ad aerumnas relevandas, ad corporis animique indigentis pro facultate opitulandum, in deliciis habuit. At si in multiformis eiusmodi perfectionis palaestra elaborando, omnium virtutum laudibus suum exornare animum, nulla interiecta mora, contendit, eo tamen potissimum spectavit, id assequi omni ope enixa est, ut flagrantiore in dies Iesu Christi amore et ipsamet et sibi credita religiosa familia inflammarentur.

Caritas Christi urget nos (II Cor. v, 14) ; mirabile hoc Apostoli Pauli effatum totius vitae suae totiusque voluit operae suae insigne ac normam. Etenim hac christianae legis virtute principe aestuans, auctiore usque amore in Deum rapiebatur; in puellarum vero animos — quas, Vincentio a Paulo auspice ac magistro, religiose educandas instituendasque suscepit — impensam eiusmodi caritatem et miseriarum omne genus

C'est pourquoi elle mit tout son amour à diriger vers le bon plaisir et le service de Dieu une existence qui aurait pu facilement conquérir les grandeurs humaines. Elle consacra au soulagement des pauvres les richesses dont elle était comblée. Elle n'employa pas les qualités éminentes dont brillait son âme à se procurer des voluptés passagères, mais à porter remède aux misères du prochain, à le soulager de ses souffrances et à subvenir selon ses moyens aux indigences du corps et de l'âme. En s'appliquant de la sorte à la pratique d'une perfection multiforme, Louise de Marillac travaillait, sans attermoiement, à orner son âme de la splendeur de toutes les vertus ; mais elle eut surtout à cœur de tendre, pour elle-même et pour la famille religieuse confiée à ses soins, à un amour de jour en jour plus ardent de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

La charité du Christ nous presse. (II Cor. v, 14.) C'est l'admirable maxime de l'apôtre saint Paul qu'elle a voulu prendre pour exemple et pour règle de toute sa vie et de toutes ses œuvres. Toute consumée de cette vertu première de la loi chrétienne, elle était ravie par l'amour divin sans cesse accru. Elle s'efforça de faire passer dans les âmes des jeunes filles — dont elle avait entrepris, sous les auspices et la direction de saint Vincent de Paul, l'éducation et la formation religieuse — cette abondante charité et cette sollicitude envers les misères de toute sorte.

sollicitudinem inducere atque transfundere totis viribus curavit. Videris nempe et eam et ab se conditam sororum familiam urbium pagorumque vias humili pioque adspectu concursare, atque inopum aegrotorumque adire domos, ut iisdem auxilium, remedium, solacium afferrent. Per nosocomia et valetudinaria, ubi tot homines ac mulieres elanguerent valetudine affecti, veluti caeli nuntias benefaciendo transire ; neque orphanotropha negligere et publica pupillorum hospitia, easque hospitales domos, ubi expositi infantes exciperentur. In hos praesertim tenellos atque insontes primae aetatis flores, vel parentibus orbatos, vel ab iisdem, proh dolor, derelictos, maternum omnino gerebat animum. Eorum angeli procul dubio, qui perpetuo caelestis Patris faciem intuentur, sanctissimae huius viduae eiusque sociarum adspectu et opera laetabantur quam maxime !

Cum vero in Gallia esset civile bellum exortum, cumque inde non modo in exercituum ordines sed in tenuiorem etiam plebem gravissima proficiscerentur detrimenta, iisdem ad medendum ac pro facultate ad opitulandum praesto illac fuere. Quot milites igitur vulneribus confossi graviterque saucii, vel ad sanitatem reducti, vel ad mortem christiano more christianisque praesidiis oppetendam ab iisdem fuere omni nisu, ipsiusque cum vitae suae discrimine, apparati ! Quot famelici, in turbulentissima illa tempestate, et pro

On a vu Louise de Marillac et les religieuses fondées par elle parcourir les rues des villes et des villages, modestement vêtues, et entrer dans les maisons des pauvres et des malades, pour leur prêter secours et assistance. Comme des anges du ciel, elles passent en faisant le bien dans les hôpitaux et les maisons de santé, où souffrent tant d'hommes et de femmes atteints par la maladie ; elles n'oublient pas les orphelinats, ni les hôpitaux où sont recueillis les enfants trouvés. Louise de Marillac avait une âme de mère pour ces tendres fleurs de l'enfance, pour ces innocents privés de leurs parents, ou, hélas ! abandonnés par eux. Sans nul doute, leurs anges qui voient la face du Père céleste se réjouissaient à la vue des œuvres de cette sainte veuve et de ses compagnes.

Comme une guerre civile avait éclaté en France, et que de graves dommages s'en étaient suivis, non seulement au sein de l'armée, mais aussi parmi le petit peuple, les pieuses filles s'employèrent aussitôt à y porter remède dans la mesure du possible. Que de soldats blessés, gravement atteints, furent par elles ramenés à la santé ou préparés à une mort chrétienne, soutenus par les secours de la religion, disposés au sacrifice de leur propre vie !

Combien d'affamés, au sein de cette violente tempête, ont été

viribus saturati, et ad angustias per divina solacia forti animo tolerandas, erecti atque excitati ! Neque in hoc tantummodo, licet latissimo, caritatis campo enituit Ludovicae de Marillac eiusque religiosarum sodalium sollicitudo atque opera. Sed in carceribus etiam, in ergastulis, in publicis custodiis, — eos, qui ad metalla damnati, eosque, qui ad remigum opus coacti essent, relevando et ad superna revocando consilia — mirabili prorsus modo refulsit. Atque sanctissima haec incepta, hunc caritatis ardorem, qui neque curis neque laboribus umquam parcat, frequentissimae ac succrescenti cotidie suboli suae quasi sacram hereditatem reliquit atque concredidit.

Habetis igitur, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, cur ex novensili hac caelite — cuius laudes per praecipua lineamenta adumbravimus — peropportunum vobis omnibus exemplum ad intuendum, ad imitandum sumatis. Cum enim ingravescentibus malis, quibus tam acriter nostra laborat aetas, neutiquam, per humana consilia, paria remedia adhibeantur, ad superna nobis est praesidia atque auxilia, precando operandoque, confugiendum. Quod legum iustitia, quod hominum curae sollicitudinesque saepenumero dare non possunt, hoc, ex nostra cuiusque navitate, divina praestet caritas ; ea nempe caritas, qua incensa Ludovica de Marillac tot eximia patravit facinora ; ea caritas, quae *patiens est*,

rassasiés et préparés, par le secours divin, à supporter courageusement leurs angoisses ! La sollicitude et l'activité de Louise de Marillac et de ses compagnes ne se distinguaient pas seulement sur ce champ, pourtant immense, de la charité : elles brillaient encore d'un vif éclat dans les prisons et les galères, dans les maisons de correction et de détention, rappelant aux condamnés, aux prisonniers et aux galériens, les vérités supérieures de la foi. La sainte fondatrice laissa et confia comme un héritage sacré, à sa postérité religieuse de jour en jour plus nombreuse, ces premières œuvres et cette ardente charité qui ne s'épargnait ni soucis ni travaux.

Vous avez là, Vénérables Frères et chers Fils, dans cette figure céleste, dont Nous venons de tracer l'éloge, un exemple très opportun à comprendre et à imiter. Puisque, dans les maux croissants dont notre époque souffre si cruellement, la prudence humaine est impuissante à trouver des remèdes efficaces, il nous faut avoir recours à la protection et à l'aide du ciel, en priant et en agissant. Ce que la justice des lois, ce que le soin et l'activité des hommes ne peuvent, bien souvent, pas nous donner, la divine charité l'accordera à notre zèle ; cette charité, dont la flamme faisait accomplir tant d'exploits à Louise de Marillac ; cette charité, qui

*benigna est... non æmulatur, non agit perperam... omnia credit, omnia suffert, omnia sperat (I Cor. XIII, 4-7) ; ea denique caritas, qua, Iesu Christi vestigiis insistentes, miseros omnes veluti fratres complectimur, fovemus, solamur. Remiscamur dignam Ioanne Apostolo sententiam : « Praeceptum Domini est ; si solum fiat, sufficit. » (S. HIERON., *De script. Eccles.*, ix.) Ita auspicato eveniet ut ad Deo fruendum, qui caritas est (I Ioan. iv, 16), tandem aliquando perveniamus omnes in aeternae beatitae. Amen. (1)*

*est patiente, douce, point envieuse, qui ne se vante point, qui croit tout, qui supporte tout, qui espère tout (I Cor. XIII, 4-7) ; cette charité, enfin, grâce à laquelle nous suivons les traces de Jésus-Christ et nous secourons tous les malheureux comme des frères. Rappelons-nous la juste parole de l'apôtre saint Jean : C'est le précepte du Seigneur et cela suffit. (Saint JÉRÔME, *Ecrivains ecclés.*, c. ix.) Puisse nous, sous de tels auspices, parvenir à la béatitude éternelle, pour y jouir de Dieu, qui est amour. (I Ioan. iv, 16.) Ainsi soit-il.*

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 166.

DISCOURS

adressé aux membres du XXVI^e pèlerinage organisé par
l'A. C. F., à l'audience du 15 mars 1934 (1).

CHERS FILS,

VÉNÉRABLES FRÈRES DANS LE MINISTÈRE APOSTOLIQUE.

Tout ce que Nous venons de voir et d'entendre est si beau et si éloquent qu'il Nous semble que Nous ne pourrions et ne devrions rien ajouter, sinon cette bénédiction paternelle que vous désirez et que vous avez méritée. Nous vous devons cependant une parole de bienvenue et de reconnaissance pour avoir franchi de si grandes distances géographiques, car les distances spirituelles, vous ne les connaissez pas, vos pensées, vos cœurs se trouvant toujours auprès de Nous, auprès de votre mère la Sainte Eglise Romaine et du Père de tous les croyants. Vous avez franchi ces distances géographiques en des temps si difficiles, si critiques, comportant des sacrifices inévitables, pour faire un voyage qui n'est ni un voyage de plaisir ni de tourisme, mais un vrai pèlerinage, à base de pénitence chrétienne, et venant s'ajouter aux nombreux pèlerinages de l'Année Sainte, venus de France et du monde entier, qui sont une magnifique réponse à Notre appel.

La canonisation de sainte Louise de Marillac.

Après la bienvenue, Nos remerciements : d'abord pour vos offrandes, faites par des mains si vénérées et si chères, mais plus encore pour le cadeau de votre présence et de votre visite filiale, car vous êtes parmi les meilleurs des enfants de la grande famille chrétienne. Vous êtes venus partager avec Nous la grande joie de cette solennité, que la Providence Nous a fait célébrer pour votre et Notre grande sainte Louise de Marillac, qui est bien la première Dame de Charité, et dont la maternité spirituelle s'étend sur vous tous. N'a-t-elle pas inspiré, avec saint Vincent de Paul, cette grande croisade de charité dont l'humanité a un tel besoin et de laquelle on peut espérer le salut du monde ? Seules de telles croisades peuvent sauver les situations les plus désespérées. Tel est le fruit du génie du bien : malheureusement, l'humanité a connu aussi le génie du mal et de la guerre. On dirait que la divine Bonté a voulu compenser, par le génie du bien, les ravages de l'esprit du mal. Vous avez donc bien des motifs de venir vous réjouir

(1) Cf. *Ossevatore Romano* (16.3.34), qui en donne le texte français.

Ce 26^e pèlerinage, conduit par l'Action catholique française, a été reçu dans la Salle de la Bénédiction. Il comprenait 1 300 personnes et a été présenté au Pape par S. Em. le cardinal Verdier, archevêque de Paris.

avec Nous des honneurs décernés à votre mère et à votre première Dame de Charité. Il est naturel que les filles se sentent honorées de l'honneur et de la gloire de leur mère.

Vous êtes venus Nous rendre plus belles encore ces grandes solennités, Nous édifier au centre de la foi par le spectacle de votre dévotion. Nous vous remercions de correspondre ainsi aux intentions de l'Eglise, cette autre Mère de tous les fidèles et de tous les saints, personnification historique du génie du bien, qui non seulement couronne la sainteté, mais qui excite à l'émulation de la sainteté : *Imitari non pigeat quos celebrare delectat*. Et en sainte Louise de Marillac vous avez découvert non seulement l'exemple de la sainteté, mais le secret de cet exemple : la charité, qui à la lumière de la foi fait voir en chaque membre souffrant non seulement quelque chose de cher à Notre-Seigneur, mais la personne même du Rédempteur. D'où, automatiquement, inévitablement, la charité envers Dieu devient la charité envers le prochain, ainsi que le disait le Maître : le second précepte est semblable au premier.

Et voilà que votre mère Louise de Marillac vous a préparé une magnifique récompense, puisqu'en venant célébrer sa glorification elle vous fait trouver les grâces du Jubilé de la Rédemption, qui Nous ont été méritées par le sang et la mort du Rédempteur.

Et quand une telle vie a été sacrifiée, quel dommage et quel malheur d'en négliger la divine efficacité ! D'un côté, voici le Rédempteur qui nous dit être venu précisément pour nous donner la vie, et une vie plus abondante, et qui se présente sous les traits du bon Pasteur, ce symbole si beau qui, depuis les Catacombes, traverse les siècles et qui restera, aussi longtemps que l'Evangile sera prêché, une des plus belles pages du livre divin. Mais, d'un autre côté, le monde ne connaît que la vie païenne, avec toutes ses erreurs et ses horreurs, vers laquelle il ne manque pas, hélas ! de malheureux qui voudraient encore entraîner le monde.

Souhaits et bénédiction du Saint-Père.

Vous êtes donc dans les meilleures conditions pour tirer profit de cette vie chrétienne, que vous connaissez bien, puisque vous la vivez en abondance, en aimant les pauvres et les petits, sachant que ce que vous faites à l'un de ceux-là, c'est au divin Rédempteur lui-même que vous l'avez fait. Est-il rien qui puisse Nous exciter davantage à l'exercice efficace de la charité ? Nous vous souhaitons donc pour votre pèlerinage jubilaire les fruits les plus abondants et les plus durables. Et c'est dans ces sentiments que Nous vous donnons la bénédiction du Père, d'abord en faveur de cette grande et magnifique famille de la charité de saint Vincent, qui couvre le monde et dont la vision Nous console jusqu'à l'exaltation. Nous bénissons vos petits enfants, car c'est en même temps bénir l'avenir. Nous bénissons aussi ceux qui sont à l'autre extrémité de la vie, à la sortie : les vétérans, les malades et les infirmes. Une bénédiction toute particulière aux ministres du bon Dieu et

aux âmes religieuses. Une bénédiction plus particulière encore à toute cette jeunesse, qui veut entrer dans les voies de Louise de Marillac, et qui est particulièrement chère à Marie, notre Mère du ciel, depuis le jour où a retenti sur la croix la divine parole : *Ecce mater tua*. Enfin une bénédiction plus profonde et plus tendre encore, si possible, à tous vos pasteurs et à vos évêques, si magnifiquement représentés ici, pour les remercier du bien qu'ils font aux âmes et que Nous tenons comme fait à Nous-même. Aussi bien, bénir les pères, n'est-ce pas bénir toutes les familles ? Que Nos bénédictions vous accompagnent, non seulement au cours de votre séjour romain et de votre heureux retour dans votre et Notre chère France, mais tout au long de votre vie.

LITTERAE DECRETALES (1)

Beato Iosepho Benedicto Cottolengo, Confessori, Fundatori Parvae Domus A Divina Providentia Augustae Taurinorum, Sanctorum honores decernentur.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Benignissimus Deus, cuius sapientia creata sunt omnia quae facta sunt, ea mirabilibus providentiae suae legibus regit gubernatque. Ipse qui pascit volatilia caeli, *quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant* in horrea ; qui lilia agri, quae *non laborant, neque nent*, sic vestit ut *nec Salomon in omni gloria sua coopertus fuerit sicut unum ex istis*, praestantiore quadam singularique dilectione, hominum,

LETTRES DÉCRÉTALES

Décernant au bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, fondateur de la « Petite Maison de la Divine-Providence », à Turin, les honneurs attribués aux Saints.

PIE EVEQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

Pour perpétuelle mémoire.

Le Dieu de bonté, dont la sagesse a créé tout ce qui existe, régit et gouverne tout par les lois admirables de sa providence. C'est lui qui nourrit les oiseaux du ciel, *car ceux-ci ni ne sèment, ni ne moissonnent, ni n'amassent* dans des greniers ; lui qui revêt les lis des champs, lesquels *ne travaillent ni ne filent*, d'une telle manière que *même Salomon dans toute sa gloire n'a pas été vêtu comme l'un d'eux* ; mais plus grand encore est l'amour particulier avec lequel il a soin des hommes, qu'il a créés à son image.

(1) A. A. S., vol. XXVII, 1935, p. 209.

quos ad suam fecit imaginem, curam habet. Unigenitus autem Dei Filius, qui venit *in mundum ut salvetur mundus per Ipsum*, qui que in suae vitae mortalis decursu *benefaciendo transiit et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo* admonet quidem ne solliciti simus de victu, neque de vestitu : scit enim Deus quia his omnibus indigemus ; sed et mandatum illud novum dedit nobis *ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum*, quinimo proximum diligi iussit sicut seipsum, misericordes esse sicut Pater caelestis misericors est, atque divites praecipue quod sibi supersit dare pauperibus.

Quibus potissimum evangelizandis eorumque necessitatibus ac doloribus omnigenis leniendis cunctis anteactis saeculis sanctissimos excitavit viros ac mulieres, qui caritate Christi inflammati eiusque sectantes vestigia, pauperibus miserisque omnibus, veluti dominis et heris inservierunt, ut eorundem animos ad caelestium bonorum spem et amorem erigerent. Quos inter procul dubio praestare visus est superiori saeculo Beatus Ioseph Benedictus Cottolengo, qui, ut verbis utamur cl. m. Leonis Papae XIII, Praedecessoris Nostri, *magna in Deum caritate incensus et divinae Providentiae ope unice fretus, exstitit in Italia nostra aemulator*

Or, le Fils unique de Dieu, qui est venu *dans le monde afin que le monde fût sauvé par Lui*, et qui, durant sa vie mortelle, *a passé en faisant le bien, guérissant toute langueur et toute infirmité dans le peuple*, nous exhorte à n'être inquiets *ni de la nourriture ni du vêtement*. Dieu sait, en effet, que nous manquons de toutes ces choses ; mais il nous a donné aussi ce précepte nouveau : *celui qui aime Dieu doit aussi aimer son frère* ; bien plus, il a ordonné à l'homme d'aimer son prochain comme soi-même ; d'être miséricordieux comme le Père céleste est miséricordieux, et, principalement aux riches, de donner le surplus aux pauvres.

Pour évangéliser tout spécialement ceux-ci et les soulager dans leurs besoins et leurs souffrances de tout genre, il a suscité dans tous les siècles passés des hommes et des femmes d'une grande sainteté qui, enflammés de la charité du Christ et suivant ses traces, ont servi tous les pauvres et tous les malheureux comme autant de seigneurs et maîtres, afin d'élever leurs esprits jusqu'à l'espérance et à l'amour des biens célestes. Parmi eux a brillé incontestablement, au siècle dernier, le bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, qui, pour Nous servir des paroles du Pape Léon XIII, Notre Prédécesseur d'illustre mémoire, *enfammé d'un grand amour pour Dieu et s'appuyant uniquement sur le secours de la divine Providence, s'est montré dans notre Italie un émule*

Vincentii a Paulo tum in miseris afflictisque sublevandis, tum in eorum provehenda sempiterna salute. Ipse namque, Iesu Christi vestigia et consilia penitus prosecutus, non modo dedit pauperibus quod sibi superfuit, sed omnibus sese rebus expoliavit, ut illis succurreret ; imo etiam contra humanæ prudentiæ dicteria et sperabile auxilium, quovis infelicitatis genere oppressos in unum congregavit, aluit, curavit, vivam Christi imaginem in ipsis considerans, unice divina Providentia confisus, quæ mirabilibus modis, ac sæpe sæpius supernaturali etiam interventu, eius operibus praesto fuit. Qua ratione ille vivens perfectum se exhibuit caritatis exemplar, et defunctus adhuc loquitur in mira illa *Parva Domo a Divina Providentia*, quæ Augustæ Taurinorum ab ipso instituta, dignis caritatis operibus, misericordiarum Patre auctore, usque in hodiernam diem Christi Ecclesiam summopere condecorat.

Iure ergo meritoque Nos cum, favente Deo, hodie Sanctorum cohonestavimus honoribus, ut peropportunum ille sit universae hominum societati, de qua tam praeclare ipse meruit, exemplum non ad intuendum tantum sed ad imitandum praesertim, tum in Christi caritate erga pauperes

de saint Vincent de Paul, tant pour soulager les malheureux et les affligés que pour les faire progresser vers le salut éternel.

En effet, suivant tout à fait les traces et les conseils de Jésus-Christ, non seulement il donna aux pauvres son superflu, mais il se dépouilla de tous ses biens pour les secourir ; bien plus, contrairement aux maximes et à l'appui possible de la prudence humaine, il réunit dans un même établissement ceux qui étaient victimes de n'importe quel genre d'infortune, les nourrit, les soigna, considérant en eux l'image vivante du Christ, se reposant uniquement sur la divine Providence qui, par des moyens admirables, souvent même par une intervention miraculeuse, vint en aide à son œuvre. Pour ce motif, de son vivant il se montra un parfait modèle de charité, et, maintenant qu'il a quitté ce monde, il parle encore dans cette étonnante *Petite-Maison de la Divine-Providence*, fondée par lui à Turin, et qui honore au plus haut point, encore aujourd'hui, l'Eglise du Christ par ses œuvres admirables de charité, avec la protection du Père des miséricordes.

C'est donc à bon droit et comme un hommage mérité, qu'avec l'aide de Dieu Nous lui avons rendu les honneurs des Saints, afin qu'il soit pour toute la société humaine, à laquelle il a rendu des services si éminents, un modèle, non seulement que l'on regarde, mais surtout qu'on imite, tant pour la charité chrétienne à pratiquer à l'égard de tous les pauvres et de tous les malheu-

miserosque omnes colenda, tum in maxima divinae Providentiae fiducia ponenda; Nostris vero hisce Litteris Decretalibus sanctissimae eius vitae commentaria et omnia in eiusdem beatificationis et canonizationis causa peracta recensentes, praeclearissimam eiusdem memoriam, quae semper et ubique terrarum in benedictione erit, cupienti animo consecrare volumus.

Ex piissimis parentibus, Iosepho Antonio Cottolengo et Benedicta Clarotti Braydae, in urbe tum Astensis dioecesis, nunc vero Taurinensis archidioecesis, ortum ille duxit die tertia mensis Maii, anno millesimo septingentesimo octogesimo sexto, et insequenti die in parocchia sancti Andreae sacro baptismate renatus est eique Ioseph Benedictus nomina imposita sunt. Ad christianam institutionem et egregiam virtutum disciplinam diligentissime educatus, iam puerulus singulari a Deo gratia praeventus est eique felicia vocationis suae germina indita. Vix namque quinquennis puer, cum domus cubicula quaquaversus metiretur, sciscitanti matri ecquid ageret, *Aetate maior*, inquit, *quum fuero, in omnibus hisce cubiculis pauperes infirmos collocabo*. Equidem cum beato Iob dicere poterat: *Ab infantia mea crevit mecum miseratio*. A prima enim aetate panem, fructus, parvum pecu-

reux, que pour la très grande confiance à placer en la divine Providence. De plus, par Nos présentes Lettres décrétales, en relatant les faits principaux de sa vie très sainte et tous les actes de sa cause de béatification et de canonisation, Nous voulons, du fond du cœur, glorifier sa mémoire très illustre qui sera toujours bénie dans le monde entier.

Issu de parents très pieux, Joseph-Antoine Cottolengo et Benoîte Chiarotti, à Bra, ville appartenant alors au diocèse d'Asti, aujourd'hui à l'archidiocèse de Turin, il vit le jour le 3 mai 1786, et, le lendemain, dans l'église paroissiale de Saint-André, il fut régénéré par le saint baptême et reçut les noms de Joseph-Benoît. Formé avec un très grand soin selon les règles de l'éducation chrétienne à une pratique remarquable de la vertu, tout petit enfant il fut prévenu par un don particulier de la grâce divine, et d'heureux germes de sa vocation furent déposés en lui. En effet, on le vit, à 5 ans à peine, mesurer un jour de tous côtés les chambres à coucher de la maison; comme sa mère lui demandait ce qu'il faisait: *Quand je serai plus grand*, répondit-il, *je mettrai dans toutes ces chambres des pauvres malades*. En vérité, il pouvait dire avec le bienheureux Job: *Dès mon enfance, la miséricorde a grandi avec moi*. De fait, dès le premier âge, il donnait aux pauvres du pain, des fruits, son petit pécule. Tout

lium suum pauperibus donabat ; cum vero nihil donandum haberet, a parentibus postulabat. Quae quidem praemonstrare videbantur quid aliquando, divino instinctu afflatuque, ipse esset facturus. Sed non in proximum tantummodo caritate, verum etiam singulis ceteris iam ab adolescentia enituit virtutibus, adeo ut pientissima eius mater dicere non dubitaverit : *Domini nos sanctum habemus.*

Aetate annorum non amplius quam novem dignus est habitus, qui ad sacratissimum Eucharistiae Sacramentum primum admitteretur, erga quod ipse usque ad suae mortalis vitae exitum maximo amoris aestu flagravit. Braydae antea, in Astensi deinde Seminario dioecetano studiorum curriculo, non absque divino patenti auxilio, suaque assidua diligentia feliciter expleto, sacerdotio, prout iam a pueris ardentem exoptabat, die octava Iunii mensis anno millesimo octingentesimo undecimo auctus est, ac insequenti die, in patria ecclesia paroeciali sancti Andreae, eo animi fervore sacrum primum litavit, ut innumeris adstantibus civibus angelus potius videretur quam homo.

Eius autem pietas et ad christianam perfectionem contentio in dies succrescebant. Amor, quo interius aestuabat dum sacris mysteriis vacaret, mirum in modum ex ore succenso, ex lacrimis, ex toto corporis habitu coruscabat. Mundi

cela, en vérité, semblait faire présager ce qu'un jour il ferait sous l'action et le souffle divins. Dès son adolescence, il ne brilla pas seulement par sa charité envers le prochain, mais aussi par chacune des autres vertus, à tel point que sa très pieuse mère n'hésita pas à dire : *Nous avons un saint à la maison.*

Il n'était pas âgé de plus de 9 ans lorsqu'on le jugea digne de recevoir pour la première fois le sacrement de l'Eucharistie, pour lequel il brûla jusqu'à la fin de sa vie mortelle de l'amour le plus ardent. Le cours de ses études une fois achevé, à Bra d'abord, puis au Séminaire diocésain d'Asti, d'une manière heureuse, mais non sans un secours manifeste d'en-haut et grâce à une application soutenue, il fut revêtu du sacerdoce, ainsi qu'il le désirait ardemment depuis son enfance, le 8 juin 1811, et, le lendemain, dans l'église paroissiale Saint-André de son pays natal, il offrit pour la première fois le saint sacrifice, avec une telle ferveur que les très nombreux paroissiens qui y assistaient crurent voir en lui plutôt un ange qu'un homme.

Cependant sa piété et son effort vers la perfection chrétienne croissaient de jour en jour. L'amour dont il brûlait intérieurement tandis qu'il célébrait les saints mystères se manifestait d'une manière admirable dans son visage enflammé, ses larmes, toute

contemptu, solitudine, oratione, actuoso caritatis studio ad illum sese comparabat apostolatam, ad quem longe lateque exercendum divinitus vocabatur. Eius virtutum fama percrebrescente, bienno post, confessario suo parcho Emmanuelo Amerano, eximiae sanctitatis viro, suadente, Corneolanum venit, in Albae Pompeiensis dioecesis oppidum ut curionis vices gereret ; ibique ad annum moratus, praeclarum ac saluiferum operum ac virtutum reliquit exemplum.

Post elapsam annum cum de sui confessarii praecepto Augustam Taurinorum se contulisset, ut sacrae theologiae studia in Collegio Provinciarum compleret, doctoralem lauream singulari laudis praeconio adeptus est ; et adeo illic pietate, morum innocentia omnibusque sacerdotalibus virtutibus praefulsit, ut ceteris exemplo et admirationi esset ; ac tantum in patriam reversurus desiderium sui reliquit, ut nocturno tempore ab ea urbe coactus sit discedere.

Braydam igitur, in paternam domum reversus, ad biennium ibi moratus est ac tanto studio per id tempus sacerdotalia obivit munera, ut non sancti Andreae parocchie solummodo, sed et propinquorum etiam oppidorum curionum, absque

l'attitude de son corps. Par le mépris du monde, par la solitude, par la prière, par une application diligente à la pratique de la charité, il se préparait à cet apostolat que Dieu l'appelait à pratiquer sur une si grande étendue. Comme le renom de ses vertus augmentait de plus en plus, deux ans après, sur les conseils de son confesseur, le curé Emmanuel Amerano, homme d'une sainteté éminente, il vint à Corneliانو, ville du diocèse d'Alba, pour y exercer les fonctions de vice-curé ; après y être resté une année, il y laissa l'exemple remarquable et saluataire de ses œuvres et de ses vertus.

L'année écoulée, étant venu à Turin sur l'ordre de son confesseur, pour étudier plus complètement la théologie au Collège des Provinces piémontaises, il y obtint le grade de docteur avec une mention particulièrement élogieuse. Là, il brilla à tel point par sa piété, la pureté de ses mœurs et la pratique de toutes les vertus sacerdotales, qu'il fut pour les autres un exemple et un objet d'admiration ; et quand vint le moment de rentrer dans sa patrie, il laissa de tels regrets qu'il fut contraint de quitter la ville durant la nuit.

Revenu donc à Bra, dans la maison paternelle, il y demeura deux ans ; durant ce temps, il remplit les fonctions sacerdotales avec tant de zèle qu'on dit qu'il remplaçait d'une manière désintéressée non seulement le curé de la paroisse Saint André, mais aussi ceux des localités voisines. Une épidémie redoutable ayant

lucris spe vices agere diceretur. Diro tum insaevientem contagioso morbo, insolita caritatis flamma incensus, ad aegrotorum lectulum, tam in nosocomio quam in privatis domibus degentium, primus festinanter advolabat, medicamenta et victum aere quoque suo suppeditans pauperibus, et in vitae discrimine versantibus sacerdotale praebens ministerium. Veriti parentes ne improbis succumberet laboribus, eum ab illo contagionis periculo avertere conabantur ; at ille, belli tempore nosci milites respondere solebat ; ac maiore studio impavidus operi illi sancto non desinebat incumbere. Cum paulo post, Deo favente, lues cessisset, Dei Famulus dignus aestimatus est, qui inter socios Congregationis presbyterorum Ecclesiae Corporis Christi et in Canonicorum Sanctissimae Trinitatis coetum in aede metropolitana Taurinensi cooptaretur ; in quo munere obeundo optime sese gessit. Summo mane, pia meditatione peracta atque Missae Sacrificio ferventissime litato, usque ad meridiem sacramentalibus confessionibus excipiendis incumberebat ; conciones tum in Corporis Domini ecclesia tum in aliis ecclesiis, oratoria arte et elegantia posthabita, cum magno vero animarum fructu frequenter habebat. Praecipuam pauperum aegro-

alors sévi, on le vit, poussé par son ardente et extraordinaire charité, accourir le premier vers le lit des malades, tant à l'hôpital que dans les habitations privées, fournir aux pauvres sur ses deniers des médicaments et des vivres, et s'acquitter de son ministère sacerdotal près de ceux qui se trouvaient en danger de mort.

Ses parents, craignant qu'il ne succombât à des fatigues excessives, s'efforçaient de l'éloigner de ce danger de la contagion ; mais lui avait coutume de répondre que c'est en temps de guerre que l'on reconnaît les soldats ; et, sans peur, il ne cessait de se consacrer avec plus d'ardeur à cette sainte tâche.

Le fléau ayant cessé, Dieu aidant, peu de temps après, le Serviteur de Dieu fut jugé digne de prendre place parmi les membres de la Congrégation des prêtres de l'église du *Corpus Christi* et dans le Chapitre des chanoines de la Sainte-Trinité en l'église métropolitaine de Turin ; il remplit ces fonctions d'une façon parfaite. De grand matin, après avoir achevé sa pieuse méditation et offert avec une très grande piété le saint sacrifice de la messe, il était, jusqu'à midi, à la disposition des fidèles pour les entendre en confession. Il donnait, soit dans l'église du *Corpus Christi*, soit en d'autres églises, de fréquentes instructions qui, laissant de côté l'art et l'élégance oratoires, profitaient grandement aux âmes. Principalement, en toute occasion, il montrait son amour

rumque dilectionem et sollicitudinem constanter ostendebat, atque semper hilaris et affabilis, alter Philippus Neri videretur, ita ut a populo Canonicus bonus passim vocaretur.

Quæ tamen prodroma tantum erant opera illius vehementissimæ caritatis, quæ beati Iosephi Benedicti Cottolengo virtutum omnium sane princeps fuit, eiusque sanctitudinis laus præcipua. Divino quidem instinctu ad virtutem hanc impensius in dies exercendam sese incitatum sentiebat, et continuo ad eius aures verba illa sancti Pauli Apostoli insonabant : *Caritas Christi urget nos*. Cum enim sacerdos, quo conscientiae moderatore utebatur, aperte olim dixisset illi, velle Deum ad certam quamdam rem, quæ in Suam profecto maiorem gloriam esset cessura, eius adhibere operam, anxio hærebat animo quidnam sibi foret agendum ut divinæ obsecundaret voluntati. Quaelibet vero hæsitatio ex eius animo evanuit, postquam ille, piissimi suæ Congregationis Rectoris hortatu, sancti Vincentii a Paulo vitæ historiam legisset et collegis dein retulisset quibusnam locis ipse magis delectatus esset. Qua quidem lectione, heroico illius caritatis exemplar imitandi desiderio magnopere incensus, perspicue intellexit se illud Augustæ Taurinorum facere oportere in pauperum et omne genus aegrorum bonum, quod Parisiis

et sa sollicitude pour les pauvres et les malades ; toujours joyeux et affable, il semblait un autre Philippe de Neri, de sorte que le peuple l'appelait communément le bon chanoine.

Pendant toutes ces œuvres n'étaient que les premières manifestations de cette charité très ardente, assurément la principale de toutes les vertus du bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, et la louange toute particulière de sa sainteté. Et en vérité, il se sentait poussé par l'action divine à pratiquer de plus en plus généreusement cette vertu, et sans cesse résonnaient à ses oreilles ces paroles de l'apôtre saint Paul : *La charité du Christ nous presse*. En effet, comme le prêtre qui dirigeait sa conscience lui avait jadis affirmé que Dieu voulait l'employer à une œuvre d'où sortirait pour le Seigneur une plus grande gloire, il se demandait avec anxiété ce qu'il devait faire pour suivre la volonté divine. Mais toute hésitation disparut de l'âme du Serviteur de Dieu, après que celui-ci, sur le conseil du pieux recteur de sa Congrégation, eut lu le récit de la vie de saint Vincent de Paul et rapporté ensuite à ses collègues les passages qui l'avaient le plus intéressé. Cette lecture suscita au plus haut degré dans son âme un désir héroïque d'imiter ce modèle de la charité ; il comprit alors très nettement qu'il lui fallait faire à Turin, pour le bien des pauvres et des malades de tout genre, ce qu'avait si

Vincentius tam mirifice gessit. Illud accessit eius animo incitamentum, quod, vocatus ad peregrinam quamdam mulierem infirmam postremis Ecclesiae sacramentis reficiendam, eam iam morti proximam invenit in foedo quodam tugurio miserime degentem, circum complorantibus eius viro et duobus tenellae aetatis filiis. Evenerat enim ut misella una cum suis iter faciens Galliam versus, Taurinum quum pervenisset, gravi morbo correpta frustra ad nosocomium confugisset, inde reiecta quia praegnans, ab hospitio vero mulieribus parturientibus excipiendis item repulsa, quia gravi morbo laborans; ideoque infelix in tugurio illo iacens animam agebat. Ipsi morienti adstitit summa cum caritate Dei Famulus, qui miserrimo spectaculo illo commotus, maximo afficitur dolore tum ob puerorum lacrimas tum ob viri moerorem, de Piis Taurinensibus Operibus conquerentis. Inde primum in Dei Famulo vehementissimum enatum est desiderium hospitium instituendi, quod, ceteris aliunde subsidiis deficientibus, imminentibus pauperum infirmitatibus subito prospiceret. Antequam consilium cum canonicis collegis communicaret, Corporis Christi templum ingreditur, et ad

étonnement réalisé Vincent à Paris. Son cœur trouva un nouvel encouragement dans le fait suivant. Appelé à réconforter par les derniers sacrements de l'Eglise une pauvre femme malade, une étrangère, il la trouva, déjà près de sa fin, habitant dans la plus grande misère une chaumière affreuse, entourée de son mari et de ses deux tout jeunes enfants en larmes. Et voici ce qui s'était produit : la malheureuse, en route vers la France avec les siens, était arrivée à Turin. Là, atteinte d'une maladie grave, elle chercha en vain un refuge à l'hôpital ; elle n'y fut pas admise parce qu'elle allait être mère ; elle fut de même repoussée, parce qu'affligée d'une maladie grave, de la maternité destinée à accueillir les futures mères ; et c'est pourquoi la pauvre femme était en train de mourir dans cette cabane. Le Serviteur de Dieu se tint auprès de la mourante avec la plus grande charité ; ému par ce spectacle lamentable, il ressent une profonde douleur, tant à cause des larmes des enfants qu'à cause de l'affliction du mari, lequel se plaint des œuvres de bienfaisance de Turin.

C'est alors que naquit dans le cœur du Serviteur de Dieu l'ardent désir de fonder un hospice qui, dans le cas où les autres secours seraient complètement défaut, pourvoierait aussitôt aux infirmités urgentes des pauvres.

Avant de faire part de son projet aux chanoines, ses collègues, il entre dans l'église du *Corpus Christi*, et après avoir convoqué les fidèles au son de la cloche, revêtu des ornements sacrés, il

aeris campani sonitum fidelibus advocatis, sacris vestibibus iudutus, ante altare Beatae Mariae Virginis, quae a divina Gratia nuncupatur, diu oravit ; mox in sacrarium reversus, hilaris ac festivus exsilliens, *Gratia facta est inquit, gratia impetrata est, benedicta, benedicta Sancta Domina Nostra.* Absque mora, consentientibus canonicis, prope templum Corporis Domini, in loco vulgo *Volta Rossa*, cubicula duo conduxit, ubi primum aegrorum hospitium constitutum atque die decima septima Ianuarii mensis, anno millesimo octingentesimo vicesimo octavo, aegroto quodam paupere accepto, inauguratum fuit. Hocce quidem grandis illius operis, cui nomen *Parva Domus a Divina Providentia*, Augustae Taurinorum a Dei Famulo Iosepho Benedicto Cottolengo, auctore Deo, fundati humilimum, uti patet, fuit exordium ; quod in divinis consiliis absconditum, nullo modo tunc visum est tam grande et magnificum opus, ac perenne divinae Providentiae vere miraculum et triumphum evasurum per totum christianum orbem celeberrimum.

Illud ergo hospitium primum conductum plurimis excipiendis miseris, prout Dei Servus vehementer exoptabat, impar omnino erat, verumtamen, potestas, propius illic comorantium civium querelas precesque exaudiens, qui indicæ

resta longtemps en prière devant l'autel de la Bienheureuse Vierge Marie, honorée sous le vocable de la Divine-Grâce ; revenu peu de temps après à la sacristie, transporté de joie et de bonheur : *La grâce est faite, dit-il, la grâce est obtenue ! Bénie, bénie soit la Madone !*

Sans retard, avec l'assentiment des chanoines, il loua deux chambres près de l'église du *Corpus Domini*, au lieu dit *Volta Rossa* ; c'est là qu'il établit le premier hospice en faveur des malades, inauguré le 17 janvier 1828 par la rentrée d'un malade pauvre. Tel fut le début, très humble comme on le voit, de cette œuvre en vérité considérable, appelée *la Petite-Maison de la Divine-Providentia*, créée à Turin par le Serviteur de Dieu Joseph-Benoît Cottolengo, avec l'aide d'en-haut. Demeurant cachée dans les desseins divins, elle ne laissait voir aucunement alors qu'elle était appelée à devenir une institution si grande et si merveilleuse, et, en toute vérité, le vrai miracle et le triomphe le plus éclatant de la divine Providence dans le monde chrétien.

Le premier local loué était absolument insuffisant pour recevoir des malheureux en grand nombre, ainsi que le désirait vivement le Serviteur de Dieu ; d'autre part, l'autorité civile, accueillant les plaintes et les demandes des habitants du voisinage, qui, en raison de la proximité de tant de pauvres et de

luis tum per Italiam grassantis metuerent contagium ob tot pauperum aegrorumque proximitatem, de illo claudendo hospicio decretum ediderit. Quare, infirmis dispersis, Dei Famulus, eandem domum in alium caritatis usum convertens, derelictos pueros et adolescentulas, Deo semper annonam suppeditante, excepit, eosque numero auctos domus universos continere non valebat. Cum autem desiisset contagio, in suburbanam, quae Valdocco nuncupabatur plagam, haud procul a Beatae Mariae Virginis a Consolatione sanctuario, suum transtulit hospitium, aliquot conductis vel emptis vel etiam a solo excitis domibus. Quae quidem cum et ipsae pauperum turmis excipiendis impares adhuc viderentur, aliae atque aliae pro re nata et diversa hospitem, conditione continuo domus adiungebantur, quae in pagum coaluere muro circumdatum. Hic omnibus omnia factus, omnes quotquot adveniebant Ioseph Benedictus, potius pater quam moderator, benignissime recipiebat ex utroque sexu miseros : pueros, iuvenes, senes, paralyticos, mutos, caecos, monstra quoque et quavis corporis non minus quam animi infirmitate sordentes.

Pro tot vero miseris alendis, curandis, redimendis plures tam virorum quam mulierum religiosas familias, quas

malades, redoutaient la contagion de la peste qui sévissait alors en Italie, publia une ordonnance qui prononçait la fermeture de l'hospice. C'est pourquoi le Serviteur de Dieu, ayant dispersé les malades, consacra la maison à une autre œuvre de charité : il y accueillit les enfants et les jeunes filles abandonnés, à qui Dieu envoya toujours la nourriture nécessaire ; leur nombre augmentant, la maison arriva à ne pouvoir les contenir tous.

Cependant l'épidémie ayant cessé, il transféra son hospice dans un quartier suburbain appelé le Valdocco, non loin du sanctuaire de Notre-Dame de la Consolata, après avoir soit loué, soit acheté, soit même bâti, plusieurs maisons. Et celles-ci apparaissant encore insuffisantes pour recevoir une foule de pauvres, d'autres bâtiments, puis d'autres, selon les circonstances et selon la condition différente des hospitalisés, s'y ajoutaient continuellement ; le tout arriva à former comme un village entouré de murs. Là, se faisant tout à tous, Joseph-Benoît, se montrant plus un père qu'un supérieur, accueillait avec une grande bonté tous les malheureux de l'un et l'autre sexe qui se présentaient : enfants, jeunes gens, vieillards, paralytiques, muets, aveugles, des monstres même, et tous les pauvres êtres affligés de toutes les infirmités du corps comme de l'esprit.

Pour nourrir, soigner, relever tant de malheureux, le Servi-

vocabat, ipse Dei Servus condidit, quae aeternae saluti et suae et eorum quibus adiuturæ essent studiose prospicerent. Sorores idcirco ad se accivit, cooperante prae primis sanctae memoriae Maria Anna Nasi-Pullini, vidua piissima caritatis operibus impense dedita, quam per aliquot tantum annos, usque nempe ad eius obitum, qui mense Novembri, anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo evenit, validam sibi adiutricem habuit, illarumque munus praecipuum erat aegrotis ceterisque hospitibus inservire, quarumdam vero arctiore disciplina paenitentem et contemplativam agere vitam.

Item ex maribus Fratrum familias instituit, ex quibus in variis hospitiiis alii medicis et chirurgis adessent adiutores, alii alias puerorum, virorum, senum, familias regerent : adolescentulorum denique et iuvenum parva condidit seminaria, qui postquam litteris sacrisque disciplinis vacassent, sacros Ordines susciperent ministeriumque sacerdotale tum in Parva Domo, tum etiam extra illam in pauperum domiciliis exercerent.

Has omnes religiosas Familias et quas supra memoravimus domos ipse Conditor ab unius voluit Moderatoris pendere

teur de Dieu fonda plusieurs familles religieuses, ainsi qu'il les appelait, d'hommes et de femmes, qui s'occuperaient avec soin de leur salut éternel et de celui des personnes confiées à leur dévouement. Il réunit donc autour de lui des religieuses ; l'une de ses premières collaboratrices fut Marie-Anne Nasi-Pullini, de sainte mémoire, une très pieuse veuve s'adonnant avec zèle aux œuvres charitables, en qui il trouva une active collaboratrice pendant quelques années, c'est-à-dire jusqu'à sa mort, survenue au mois de novembre 1832 ; la fonction principale de ces religieuses était de servir les malades et les autres hospitalisés ; certaines devaient mener une vie pénitente et contemplative avec une discipline plus rigoureuse.

De même, du côté des hommes, il institua des familles de Frères, dont les uns devaient assister les médecins et chirurgiens dans les divers hospices, d'autres diriger les groupements d'enfants, d'hommes, de vieillards ; enfin il fonda même des Petits Séminaires pour les adolescents et les jeunes gens qui pourraient, après avoir achevé leurs études classiques et théologiques, recevoir les saints Ordres et exercer le ministère sacerdotal, soit dans la Petite-Maison, soit même hors de celle-ci, au domicile des pauvres.

Toutes ces familles religieuses et ces maisons que Nous avons indiquées ci-dessus, le fondateur lui-même voulut qu'elles fussent

potestate, quem Patrem nuncupari iussit, eo quia paterna quadam auctoritate universis praeesse deberet ; leges insuper seu regulas singulis singulas familiis praescripsit easque servari studiose ; quas ille non mentis suae acie, non ingenii sui viribus invenisse, sed ab ipsa Deipara Virgine, quae non semel magnae Matronae specie ipsi conspiciendam se dedisse fertur, una cum mandato de familiis illis instituendis prout ferret necessitas, se accepisse candide professus est.

Universos item in Parva Domo commorantes instantissime admonet, ut quotidie sacro intersint et Eucharistica se dape reficiant : ut diu noctuque *laus perennis* in magnifico illic exstructo templo sine intermissione Deo personet, uberrimum divinarum imbrem gratiarum super omnes attrahens ; atque semper et ubique ex omnium ore Deo gratias suaviter exsiliat.

Tanti huius operis institutio ac moderatio, quae equidem totas unius hominis vires insumere poterat, Dei Famuli Iosephi Benedicti nullo modo valuit extinguere caritatem, cuius immo beneficos effectus ipse per urbes et oppida expandit ; suosque alumnos iuxta uniuscuiusque familiae fines ad pueros instituendos, ad aegrotos in nosocomiis

placées sous l'autorité d'un seul directeur, à qui il prescrivit de donner le nom de Père, et cela parce qu'il entendait qu'elles fussent gouvernées toutes avec une autorité paternelle et conservées avec soin. Il déclara lui-même avec simplicité que l'idée de leur institution ne provenait ni d'une conception de son esprit ni des ressources de son talent, mais qu'il l'avait reçue, en même temps que l'ordre de fonder ces familles selon ce que prescrirait la nécessité, de la Vierge Mère de Dieu elle-même, laquelle, dit-on, se manifesta à lui plus d'une fois sous l'aspect d'une grande Dame.

De même, il demanda d'une façon pressante à tous ceux qui vivent dans la Petite-Maison d'assister chaque jour au saint sacrifice et de communier ; et encore : que jour et nuit *une louange perpétuelle* monte sans arrêt vers Dieu dans la magnifique église qu'il a bâtie en ce lieu, qu'elle attire sur tous une pluie de bénédictions divines, et que, partout et toujours, elle s'élance vers Dieu de toutes les bouches en suaves actions de grâces.

La fondation et le gouvernement d'une si grande œuvre, tâche capable, en vérité, d'absorber toutes les forces d'un seul homme, ne réussirent en aucune manière à éteindre le feu de la charité du Serviteur de Dieu Joseph-Benoît. Au contraire, il en étendit les effets bienfaisants dans les villes et les bourgades : il envoya en de nombreuses localités de la région piémontaise plusieurs de ses disciples, selon le but de chacune de ses familles, soit pour y assurer l'éducation des enfants, soit pour y servir les malades dans les hôpitaux, soit enfin pour y exercer les autres devoirs

inserviendos aliaque caritatis officia exercenda in multas Pedemontanae regionis civitates immisit, ac Taurini primum infantiae asyla ad religionis monita aperienda curavit. Providit insuper ut religiosis mendicantibus pauperibusque externis eleemosyna daretur ; utque calida isti hieme haberent diversoria et, dum ipsis panis et iusculum daretur, fidei quoque veritatibus et pietate imbuerentur.

Tot inter praeclara opera, quorum unus ipse erat supremus moderator, Dei Famulus, divinae Bonitati et Providentiae unice prorsus confisus, tanquam *bonus pastor* versabatur ; atque heroicae caritati, qua flagrabat, sapientiam ac prudentiam ita sociabat omnibusque rebus tam fortiter ac suaviter prospiciebat, ut mirabilis tum in Parva Domo, tum in ceteris a se conditis Institutis maxima regnaret disciplina ac perfectus ordo una cum perfecta laetitia ac caelesti quadam beatitate. Intereaque quotidianum miraculum illud, qua innumeri homines, pauperes quidem cuiuscumque generis aerumnosi, nullis redditibus, nulla prorsus petita stipe, sed a providentissimo Deo tantum praestito auxilio, in Parva illa Domo recipiebantur, eisque victus, vestes aliaque ad vitam tum spiritualem tum temporalem suppeditabantur,

de la charité ; en premier lieu, il s'occupa d'ouvrir à Turin des asiles d'enfants pour y donner l'instruction chrétienne. Il veilla en outre à ce qu'on fit l'aumône aux religieux des Ordres mendiants et aux pauvres du dehors ; il voulut que ces derniers eussent, durant l'hiver, des abris chauffés, et que, tandis qu'on leur donnait du pain et du bouillon, on leur fit aussi entendre des paroles de religion et de piété.

Au milieu de tant d'œuvres remarquables, dont il demeurait le seul directeur et le chef, le Serviteur de Dieu, se fiant directement à la Bonté et à la Providence divines, se comportait comme un *bon pasteur* ; à la charité héroïque qui l'enflammait, il unissait à tel point la sagesse et la prudence, et il veillait à toutes choses avec tant de force et de douceur, que soit dans la Petite Maison, soit dans les autres établissements fondés par lui régnaient d'une façon admirable la plus grande discipline et l'ordre le plus parfait, auxquels s'alliaient une joie parfaite et comme un bonheur céleste.

Pendant ce temps se manifestait, de plus en plus éclatant, ce miracle quotidien : sans revenus, sans recours direct à l'aumône, mais grâce seulement au secours fourni par la divine Providence, d'innombrables êtres humains, des pauvres vraiment dénués de toutes ressources, étaient accueillis dans cette Petite-Maison ; la nourriture, le vêtement et tout ce qui est nécessaire à la vie

magis in dies clarescebat ; eiusque instrumentum princeps procul dubio Ioseph Benedictus erat ; qui tamen humillimus semper et impensissima ardens caritate atque illimitata in divinam Providentiam fiducia plenus ; ante mentis oculos illa divini Magistri verba semper habens *quod uni ex minimis meis fecistis, mei fecistis*, quemcumque pauperem et languentem suum habebat *dominum* et talem ab universis alumnis suis haberi volebat ; atque, omnibus omnia factus laboriosissimam ducebat vitam usque dum, anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, epidemico typho Augustae Taurinorum grassante, qui Parvae Domus incolis nequaquam pepercerat, quos inter fere omnes presbyteri caritatis victimae obierant, et ipse Dei Famulus Benedictus contagioso morbo correptus est. Ille namque, ne quis ob sacerdotum penuriam spiritualibus destitueretur auxiliis, animae prodigus adeo laboribus et insomniis defatigatus est, ut facile et ipse morbo illo graviter correptus sit, ita disponente Deo, ut caritas in proximum, quae praecipua eius vitae fuerit virtus, princeps quoque esset eius mortis causa. Postremum igitur diem suum proximum praevidens, dilectissimis Parvae Domus *familiis*, hospitibusque consalutatis, ut

tant spirituelle que temporelle leur étaient fournis. De ce miracle, Joseph-Benoît était sans aucun doute le principal instrument. Pour lui, il demeurait très humble, brûlant d'une charité avide de se dépenser et rempli d'une confiance illimitée en la Providence divine. Ayant toujours présentes à son esprit ces paroles du divin Maître : *Ce que vous avez fait au plus petit des miens, c'est à moi que vous l'avez fait* ; n'importe quel pauvre, n'importe quel malade devenait son *seigneur* et devait être considéré comme tel par tous ses disciples. C'est ainsi que se faisant tout à tous, il menait une vie très active et fatigante, jusqu'au jour où, en l'année 1842, une épidémie de typhus envahit la ville de Turin ; le fléau n'avait point épargné les habitants de la Petite-Maison, parmi lesquels presque tous les prêtres succombèrent, victimes de leur charité, et le fléau atteignit le serviteur de Dieu Joseph-Benoît. Celui-ci, en effet, craignant qu'en raison de la pénurie de prêtres, quelqu'un ne fût privé des secours spirituels, prodigua ses forces. Il se trouva si accablé par la fatigue et le manque de sommeil qu'il ne put résister à l'épidémie et tomba gravement malade. Ainsi Dieu permit que sa charité envers le prochain, après avoir été la vertu principale de sa vie, fût aussi la principale cause de sa mort. Prévoyant que le terme de son existence était proche, il prit congé de ses chères *familles* de la Petite-Maison, ainsi que des hospitalisés, et pour se préparer à la mort dans le silence, l'humilité et

silentio et humili ad Deum prece ad mortem sese pararet, paradisum tantum anhelans, Cherium apud fratrem suum Aloisium canonicum fere moribundus transferri voluit ; ibique, novem post dies, extremis Ecclesiae sacramentis pientissime receptis, Beatissimam Virginem Mariam, quam tenerrima semper devotione coluit, *matrem suam* invocans et illa psalmi verba proferens : *Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi : in domum Domini ibimus*, die trigesima mensis Aprilis, anno aetatis suae quinquagesimo sexto, iusti super labiis risu, sanctissima functus est vita. Pauperum patre demortuo, ad invisendas eius exuvias easque recolendas turba multa accurit, omnesque stupentes vultum eius iam morbo deformatum pulcherrimum post obitum factum ac veluti leniter subridentem aspexerunt.

Cadaver, universa fere Chieriensi civitate solenni pompa, triumpho simili, comitante, ad collegiatam ecclesiam delatum est, ubi iusta funebria persoluta sunt, ac triduo post ad Parvam Domum nocturno tempore deductum, ibique sollemnia parentalia celebrata et Dei Famuli exuviae in sacello, Beati Virgini a Rosario dicato, quod ipsemet vivens, utpote suae pacis aeternae locum, sibi selegerat, multos inter questus

la prière, soupirant uniquement après le paradis, il voulut être transporté, presque moribond, à Chieri, près de son frère, le chanoine Louis. Là, neuf jours plus tard, il reçut avec une grande piété les derniers sacrements de l'Eglise. Invoquant comme *sa Mère* la Bienheureuse Vierge Marie, à qui il avait toujours témoigné une dévotion très tendre, et prononçant ces paroles du psaume : *Je me suis réjoui de ce qui m'a été dit : Nous irons dans la maison du Seigneur*, le 30 avril, dans sa cinquante-sixième année, le sourire du juste aux lèvres, il termina sa très sainte vie. Après la mort du père des pauvres, une grande foule accourut pour voir et honorer sa dépouille, et tous remarquèrent avec étonnement que son visage, auparavant déformé par la maladie, avait revêtu, après la mort, une beauté particulière et semblait s'animer d'un doux sourire.

Son corps, escorté par presque toute la cité de Chieri avec une solennité qui ressemblait à un triomphe, fut porté en l'église collégiale où eurent lieu des funérailles dignes de lui. Trois jours après, on le transporta de nuit à la Petite-Maison. Là furent célébrées très solennellement les obsèques du Père de famille, et les restes du Serviteur de Dieu, au milieu de nombreux gémissements et des larmes abondantes des hospitalisés principalement et de ses disciples, furent déposés dans la chapelle dédiée à la Bienheureuse Vierge du Rosaire, lieu que lui-même, de son vivant, avait choisi pour son éternel repos.

et lacrimas hospitem potissimum et alumnorum, conditae sunt. Tanti Viri sanctitatis opinio in aliquot tantummodo Italiae locis coerceri non poterat, iamque illa latius succrescebat ob potissimum quod supra diximus perenne divinae Providentiae miraculum, cuius fama per totum catholicum orbem convolaverat. Quare plurium Sacrorum Antistitem, Regalium Sabaudiae Principum, cleri populique dioecesium multarum precibus lubenti animo annuens s. m. Pius Papa Nonus, Decessor Noster, rite confectis ac probatis processibus ordinariis super fama sanctitatis vitae, virtutibus et miraculis ipsius Dei Famuli Iosephi Benedicti Cottolengo, die decima nona Iulii mensis, Divo Vincentio a Paulo sacra, anno millesimo octingentesimo septuagesimo septimo eiusdem Causae introductionis Commissionem sua manu signavit. Postea vero de Venerabilis Servi Dei virtutibus apud S. Rituum Congregationem disceptatum est, de quarum heroicitate fel. rec. Praedecessor Noster Leo tertiusdecimus, die decima mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo primo solemne edidit decretum. Mox de duobus miraculis disceptatum est, quae eiusdem Venerabilis Dei Famuli intercessionem a Deo dicebantur patrata ; quibus acerrimo iudicio perpensis ac probatis, cl. m. Benedictus decimus quintus, et ipse Praedecessor Noster, die tertiadecima Augusti mensis,

Cependant, le renom de sainteté de ce grand homme ne pouvait plus rester confiné seulement en quelques lieux de l'Italie ; déjà il gagnait d'autres régions, en raison surtout du miracle continu de la divine Providence, dont Nous avons parlé plus haut et dont la connaissance s'était répandue à travers le monde catholique. C'est pourquoi, accueillant volontiers les suppliques de plusieurs évêques, des princes royaux de Savoie, du clergé et du peuple de nombreux diocèses, le Pape Pie IX, Notre prédécesseur de sainte mémoire, une fois dûment instruits et approuvés les procès ordinaires sur le renom de sainteté, les vertus et les miracles du Serviteur de Dieu Joseph-Benoît Cottolengo, signa de sa main la Commission d'introduction de la Cause, le 19 juillet 1877, en la fête de saint Vincent de Paul. Il fut ensuite discuté, près de la S. Congrégation des Rites, sur les vertus du vénérable Serviteur de Dieu, et le décret d'héroïcité fut publié solennellement par Notre Prédécesseur d'heureuse mémoire, Léon XIII, le 10 février 1901. Bientôt après eut lieu la discussion juridique de deux miracles que l'on disait opérés par Dieu sur l'intercession de son vénérable Serviteur ; après les avoir examinés de la manière la plus stricte et les avoir approuvés, Benoît XV, lui aussi Notre Prédécesseur d'illustre mémoire, déclara solennellement, le 13 août 1916,

anno millesimo nongentesimo sextodecimo, solemniter edixit : *Constare de duobus propositis miraculis : nempe de primo instantaneae perfectaeque sanationis Mariae liberatae Re a cystite gravissima et lethali infectione parta ab absorptis urinae elementis, deque altero instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Mariae Perdolentis a cirrhosi billiari.* Eodem autem anno, decima die mensis Decembris, tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Famuli Dei Iosephi Benedicti Cottolengo Beatificationem ; cuius solemnities, immani per orbem bello furiose saeviente, peropportune, ut christiano populo tantum caritatis exemplum ad imitandum proponeretur, insequenti anno, die Paschae Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi festo, qui octavus erat mensis Aprilis, in Vaticano Patriarchali Basilica, maxima populi frequentia et laetitia peracta sunt. Huiusmodi glorificationis nuncius in novensilem Beatum, cujus nomen, una cum prodigiosi Parvae Domus in dies incrementi fama, ad orbis extremas usque plagas resonabat, fidelium animos magis magisque excitavit ad pietatem et fiduciam fovendam eiusque validum patrocinium implorandum. Cum igitur post indultam eidem Beato venerationem, novis benignissimus Deus prodigiis Eius glo-

que les deux miracles proposés étaient patents, à savoir : pour le premier, la guérison instantanée et parfaite de Marie-Libérata Re, d'une cystite très grave avec infection mortelle causée par des éléments de l'urine répandue dans l'organisme ; pour le second, de la guérison instantanée et parfaite de Sœur Marie des Sept-Douleurs, d'une cirrhose biliaire. Ensuite, la même année, le 10 décembre, il déclara : *qu'on pouvait procéder en toute sûreté à la béatification solennelle du vénérable serviteur de Dieu Joseph-Benoit Cottolengo.*

La solennité, alors qu'une guerre effroyable sévissait furieusement à travers le monde, eut lieu très opportunément pour offrir à l'imitation du peuple chrétien un si grand exemple de charité, l'année suivante, le 8 avril 1917, le jour de Pâques, fête de la Résurrection de Notre-Seigneur Jésus-Christ. Elle se fit dans la Basilique patriarcale vaticane, au milieu d'une grande affluence de peuple et de la joie générale.

L'annonce de la glorification de ce nouveau bienheureux, dont le nom, en même temps que la renommée de l'accroissement prodigieux et constant de la Petite-Maison, retentissaient jusque dans les plus lointaines régions du monde, incita de plus en plus les cœurs des fidèles à redoubler de piété confiante envers lui et à implorer son patronage efficace. C'est pourquoi, après que le Bienheureux fut devenu l'objet de la vénération publique, Dieu

riam confirmare et augere dignatus sit, de eiusdem Beati Canonizatione impetranda Nobis enixe porrectae sunt preces ; dieque Februarii mensis ultima anni millesimi nongentesimi vicesimi tertii, Nos Causam reassumi libenter concessimus. Quapropter a dilecto filio Caesare Federici, pervigili huius Causae novo Postulatore, quatuor propositae sunt mirae sanationes, quae a Deo ad Beati invocationem patratae visae fuere. Super quibus Augustae Taurinorum et Patavii apostolicae inquisitiones peractae sunt, ac, variis de causis duabus sepositis, super duobus, quae infra narrantur, miraculis rite apud S. Rituum Congregationem disceptatum est.

Prima prodigiosa sanatio ita evenit : Soror Beniamina, in saeculo Amabilis Stradiotto, e Vincentiana Familia ab ipso Beato Iosepho Benedicto instituta, Febuario mense elapsi anni, influentiali feбри fuit affecta, cui purulenta successit otites, et postea gravis mastoidites. Haec omnia in oppido Thiene Patavinae dioecesis primum contigerunt. Medicus huius loci, nec non alii otoiatrae seu Patavii, seu postea Taurini, quo Soror infirma translata est, necessarium esse chirurgicam operationem edixerunt, et circa aurem die trigesima Martii mensis, capilli tonsi sunt ut libera ferro via

ayant daigné, dans sa grande bonté, confirmer et augmenter sa gloire par de nouveaux prodiges, des prières instantes Nous furent adressées en vue d'obtenir la canonisation du même Bienheureux ; le dernier jour du mois de février de l'année 1923, Nous accordâmes volontiers que la cause fût reprise. En conséquence, Notre cher fils César Federici, le nouveau postulateur très actif de cette Cause, proposa quatre guérisons surprenantes, qui semblaient avoir été obtenues de Dieu à la suite de l'invocation du Bienheureux. Il fut fait à leur sujet des enquêtes apostoliques à Turin et à Padoue, et deux de ces guérisons ayant été écartées pour divers motifs, la S. Congrégation des Rites entreprit la discussion juridique des deux autres miracles.

La première guérison prodigieuse se produisit dans les circonstances suivantes : Sœur Benjamine, dans le monde Aimable Stradiotto, de la Famille Vincentine fondée par le bienheureux Joseph-Benoît lui-même, avait été atteinte, au mois de février de l'année précédente, d'une fièvre grippale, à laquelle succéda une otite, et plus tard une grave mastoïdite. Ceci se passait pour commencer dans la ville de *Thiene*, au diocèse de Padoue. Le médecin du lieu, ainsi que les autres otologistes soit de Padoue, soit plus tard de Turin, où la religieuse malade avait été transportée, déclarèrent nécessaire une opération chirurgicale et, le 30 mars, on lui coupa les cheveux autour de l'oreille, afin de faciliter l'intervention chi-

pararetur. Soror Beniamina ferventissime Beatum exoravit ut sanationem a Deo impetraret, infirmæ auri autem strophium, quod urnam corpus Beati continentem tetigerat, apposuit una cum eiusdem imagine, doloribus atrociter eam, hora post meridiem octava, adhuc torquentibus. Iterata Beati invocatione per unius horæ spatium placide obdormivit. Dein, expergefacta, omnia morbi symptomata ex toto evanuisse persentit.

Altera proposita sanatio Margaritam Bocca, Francisci Massimino uxorem, respicit. Haec mulier annos nata viginti quatuor in dystocia, quæ eam per quadraginta octo horas vexavit, et a qua per laboriosissimam chirurgicam operationem liberata fuit, parietalis membranae lacerationem est passa, quæ fistulam cistocolpicam efformavit, duorum centimetrorum diametro. Magnæ notæ chirurgus ter, dissecto quoque ventre, manus, ut fistulam occluderet, apposuit, sed incassum, et sanatio naturæ viribus aut chirurgicæ arti omnino impossibilis edicta. Deficiente humana spe, infirma, eius soror, Vincentianæ Sorores ex instituta a Beato Iosepho Benedicto Familia, quibus infirmarum cura in clinica domo, in qua Margarita versabatur, concredita est, eundem Beatum

rurgicale. Sœur Benjamine recourut au Bienheureux avec une très grande ferveur pour obtenir de Dieu sa guérison, approcha de l'oreille malade un ruban qui avait touché la châsse renfermant le corps du Bienheureux, ainsi qu'une image de Joseph-Benoît ; à 8 heures du soir, des douleurs atroces la tourmentaient encore. Ayant invoqué de nouveau le Bienheureux, elle dormit paisiblement pendant l'espace d'une heure. Puis, lors de son réveil, elle s'aperçut que tous les symptômes de la maladie avaient complètement disparu.

La seconde guérison proposée concerne Marguerite Bocca, épouse de François Massimino. Cette femme, âgée de 24 ans, à la suite d'une dystocie qui la tortura pendant quarante-huit heures, et dont elle fut délivrée par une très pénible opération chirurgicale, eut la membrane pariétale déchirée, ce qui provoqua une fistule cysto-colpique de 2 centimètres de diamètre. Un chirurgien célèbre, ayant, par trois fois, ouvert le ventre de la patiente, s'appliqua à provoquer l'occlusion de la fistule, mais ce fut en vain, et la guérison fut déclarée humainement impossible tant par les forces de la nature que par l'art chirurgical. Tout espoir humain faisant défaut, la malade, sa sœur, les Sœurs Vincentines, de la famille instituée par le bienheureux Joseph-Benoît, auxquelles était confié le soin des femmes malades dans la clinique où Marguerite se trouvait, prièrent le Bienheureux avec beaucoup

ferventissime deprecatae sunt : apposita infirmæ corpori de Beati reliquiis particula. Haec die vicesima mensis Maii anno millesimo nonengentesimo trigesimo primo facta sunt. Margarita tranquillo somno corripitur. Summo diei sequentis mane, illa perfecte sanata expergiscitur.

Utrumque miraculum chirurgi medentes, nec non tres periti ex officio a S. Rituum Congregatione adlecti unanimiter conclamant. De quibus sanationibus in trina iudicii sede, ut ius est, disceptatum est, ac demum coram Nobis die tertiadecima Februarii mensis elapsi, servatis omnibus de iure servandis, bina miracula approbata sunt : Nos vero die decima octava insequenti Decretum ediximus : *Constare de duobus miraculis, a Deo per Beati Josephi Benedicti Cottolengo intercessionem patratis, nempe de instantanea perfecta sanatione sive Sororis Beniaminae Stradiotto a gravi mastoïdite ab otite, sive Margaritæ Massimino Bocca ab incurabili fistula cystocolpica.* Porro ad huius nobilissimæ Causæ felicem exitum unum supererat, ut nempe Nos decerneremus tuto procedi posse ad sollemnem eiusdem Beati Canonizationem. Proposito itaque a dilecto filio Nostro Alexandro S. R. E. Cardinale Verde, Causæ Ponente seu

de ferveur ; on fit toucher des fragments de ses reliques au corps de la malade. Ces faits se passaient le 20 mai 1931. Marguerite s'endormit d'un sommeil tranquille, et, à l'aube du jour suivant, elle s'éveilla parfaitement guérie.

L'un et l'autre miracles furent reconnus à l'unanimité par les chirurgiens traitants, ainsi que par trois experts nommés d'office par la S. Congrégation des Rites. De ces deux guérisons il fut discuté, selon le droit en vigueur, dans une triple Congrégation : dans la dernière qui se tint en Notre présence, le 13 février dernier, toutes les prescriptions du droit étant observées, les deux miracles furent approuvés. Pour Nous, le 18 du même mois, Nous rendîmes ce décret : *Il est certain que deux miracles ont été opérés par Dieu par l'intercession du bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, à savoir : la guérison instantanée et parfaite tant de Sœur Benjamine Stradiotto, atteinte d'une mastoïdite grave provenant d'une otite ; que de Marguerite Massimino-Bocca, atteinte d'une fistule cysto-colpique incurable.*

Dès lors, pour que cette cause arrivât à son heureux terme, il ne manquait plus qu'une chose : que Nous eussions décrété qu'il pouvait être procédé en toute sûreté à la canonisation solennelle du Bienheureux. C'est pourquoi, Notre cher fils Alexandre Verde, cardinal de la Sainte Eglise Romaine, ponent ou rapporteur de la cause, proposa le doute suivant : si, étant donné l'approbation

Relatore, dubio, an, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam Beato Josepho Benedicto Cottolengo ab Apostolica Sede venerationem, tuto procedi posset ad sollemnem ipsius Canonizationem, in generalibus comitiis coram Nobis die vicesima eiusdem mensis habitis, unanimi affirmativo suffragio tum venerabiles fratres Nostri Cardinales, tum dilecti filii Officiales Praelati et Consultores Sacrorum Rituum Congregationis responderunt. Nos vero preces ingeminari adstantes hortati, Sancti divini Spiritus lumen adprecaturi, Nostram proferre sententiam ad vice-simam quartam subsequentem diem distulimus, in qua, accessitis Cardinalibus Camillio Laurenti, praefatae S. Rituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, nec non Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, Sacro prius litata, ediximus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Beati Iosephi Benedicti Cottolengo, Canonizationem.*

Quibus omnibus peractis, ut sapientissimus a Decessoribus Nostris in tanto negotio statutus servaretur ordo, quinta die huius Martii mensis, S. R. E. Cardinales in *secretum* primo collegimus Consistorium, in quo quem

des deux miracles, après que le Siège apostolique eut permis de vénérer comme bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, il pouvait être procédé en toute sûreté à sa canonisation solennelle. En conséquence, dans la Congrégation générale tenue en Notre présence le 20 du même mois, un vote affirmatif fut donné à l'unanimité tant par Nos Vénérables Frères les cardinaux que par Nos chers Fils les officiers, prélats et consultants de la Congrégation des Rites. Pour Nous, ayant exhorté tous les assistants à redoubler leurs prières, désireux d'invoquer la lumière de l'Esprit divin, Nous avons différé de Nous prononcer jusqu'au 24 du même mois ; ce jour-là, ayant mandé les cardinaux Camille Laurenti, préfet de la susdite Congrégation des Rites, et Alexandre Verde, ponent de la Cause, ainsi qu'Alphonse Carinci, secrétaire de la même Congrégation, et Salvator Natucci, promoteur général de la foi, après avoir offert le saint sacrifice, Nous avons déclaré : *Il peut être procédé en toute sûreté à la canonisation solennelle du bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo.*

Tous ces actes ayant été accomplis, afin de respecter les dispositions très sages prises par Nos prédécesseurs en une matière si grave, le 5 du présent mois de mars, Nous avons réuni les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine d'abord dans un Consistoire secret. Dans cette assemblée, le cardinal Camille Laurenti, nommé

antea memoravimus Cardinalis Camillus Laurenti de Beati Ioseph Benedicti Cottolengo, nec non Beati Conradi a Parzham, Confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ac Beatae Teresiae Margaritae Redi a Sacro Corde Iesu, Virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, vita et miraculis, deque actis, quae in eorum Causis Beatificationis et Canonizationis Sacra Rituum Congregatio, districto praevio examine, admisit et adprobavit, singillatim orationem habuit; qua expleta, Nos Patrum Cardinalium suffragia exquisivimus, et suam quisque aperuit sententiam. Quo secreto Consistorio absoluto, *publicum* quod vocant Consistorium habitum est, in quo dilecti filii Aulae Consistorialis Advocati brevi sermone et ipsi de praefatorum Beatorum praeclaris gestis singillatim retulerunt, Augusto Milani Advocato pro Beato Ioseph Benedicto Cottolengo perorante. Nos autem, etsi Beatos illos summo opere optare dixerimus sanctitudinis infula decorare, tamen, cum de tantae magnitudinis negotio ageretur, id non ante decreturos diximus, quam in Consistorio *semipublico*, quod dicitur, omnes iterum Cardinales itemque universi, qui proprius adsunt, Sacrorum Antistites suam aperuerint sententiam.

plus haut, a fait un exposé dans lequel il a parlé successivement du bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, du bienheureux Conrad de Parzham, confesseur, laïc profès de l'Ordre des Frères Mineurs Capucins, et de la bienheureuse Thérèse-Marguerite Redi, du Sacré-Cœur de Jésus, vierge, moniale professe de l'Ordre des Carmélites déchaussées; il a rappelé leur vie et leurs miracles, ainsi que les actes que la S. Congrégation des Rites, après un examen serré, a admis et approuvés pour leurs causes de béatification et de canonisation; ce discours achevé, Nous avons demandé les votes des cardinaux, et chacun d'eux Nous a fait connaître son avis. Ce Consistoire secret terminé, se tint le Consistoire appelé public, dans lequel Nos chers fils les avocats de la Salle Consistoriale ont parlé brièvement, l'un après l'autre, des actes éclatants des Bienheureux ci-dessus mentionnés, l'avocat Auguste Milani plaidant pour le bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo. Pour Nous, bien que Nous eussions déclaré souhaiter au plus haut point décerner à ces bienheureux l'auréole de la sainteté, cependant, comme il s'agissait d'une affaire très importante, Nous répondîmes que Nous ne porterions pas un tel décret avant que, dans un Consistoire semi-public, ainsi qu'on l'appelle, tous les cardinaux et chacun des évêques les plus rapprochés n'eussent fait connaître leur avis.

Paulo post, die namque duodecima subsequenti, Consistorium istud habitum est, in quod plurimi venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, una cum S. R. E. Cardinalium Conlegio a Nobis convocati, plaudentes accesserunt, causa plene cognita ex commentariis, quos ad ipsorum quemque Nos transmittendos curavimus, de singulorum Beatorum, quos antea memoravimus, vita, virtutibus, miraculis, nec non de actis universis in eorum Causis, a S. Rituum Congregatione peractis et probatis.

Adstantes igitur Nos allocuti, quid singuli de Beatis illis tribus ad Sanctorum Caelitum honores provehendis sentirent, religiose Nobis significare vellent rogavimus. Exceptis vero eorum suffragiis, in idem ipsos consentire quod Nobis summopere placeret, admodum gratulati sumus, quod ex hac honoris amplificatione, qua illi tres Beati Caelites apud militantem Ecclesiam decorati sint, non parum christifidelibus futurum, spiritualis utilitatis. Quapropter Beatae Tere-siae Margaritae Redi atque Beati Iosephi Benedicti Cottolengo Canonizationi in Patriarchali Basilica Vaticana, Deo adiuvante, solemniter celebrandae hodiernam diem undevicesimam nempe mensis Martii indiximus, eodem quippe

Peu de temps après, c'est-à-dire le 12 mars, ce Consistoire fut tenu ; très nombreux, Nos vénérables frères les patriarches, archevêques et évêques, convoqués par Nous avec le Collège des cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, y participèrent avec empressement ; déjà ils avaient pris pleine connaissance de la Cause, d'après les résumés que Nous avons pris soin de faire remettre à chacun d'eux, et qui exposaient, pour chacun des bienheureux que Nous avons mentionnés ci-dessus, leur vie, leurs vertus, leurs miracles, ainsi que l'ensemble des actes judiciaires accomplis et approuvés dans leurs Causes par la S. Congrégation des Rites.

Alors, Nous adressant à ceux qui étaient présents, Nous les avons priés de Nous faire connaître scrupuleusement ce que chacun d'eux pensait sur l'attribution à ces trois Bienheureux des honneurs réservés aux saints. Or, après avoir recueilli leurs suffrages, constatant que leurs avis concordaient avec ce que Nous était particulièrement cher, Nous Nous sommes vivement réjoui en pensant que cette extension des honneurs attribués par l'Eglise militante à ces trois Bienheureux habitants des cieux ne serait pas d'un mince avantage spirituel pour les Serviteurs du Christ. C'est pourquoi Nous avons alors choisi pour célébrer solennellement dans la Basilique patriarcale vaticane, Dieu aidant, la canonisation de la bienheureuse Thérèse-Marguerite Redi et celle du bienheureux Joseph-Benoît Cottolengo, le jour présent, 19 mars, c'est-à-dire

die, quo *Beatum Pompilium Mariam Pirrotti*, in Sanctorum numerum referre iam Nos decrevimus ; Canonizationi autem *Beati Conradi a Parzham* diem diximus vicesimam proximi Maii mensis, festum scilicet Pentecostes. Atque interea omnes in Domino adhortati sumus, ut hoc voluntatis Nostrae propositum suppliciter Deo commendare ne intermitterent. De quibus omnibus adstantes dilectos filios Protonotarios Apostolicos, ut iuridica acta conficerent de more mandavimus.

Quum autem faustissima hodierna statuta dies illuxit, in Petrianam Patriarchalem Nostram Basilicam, magnificentissimo nitentem apparatu et frequentissimo stipatam populo, quamplurimi Romanae Curiae Praesules, Officiales, Sacrorum Antistites et amplissimus Cardinalium Senatus, solemnibus supplicationis ritu, saecularis et regularis cleri ordinibus praesentibus, una simul et nos ingressi sumus ; atque, Augustissimo Sacramento devote adorato, ad Nostram Nos pervenimus Cathedram ibique sedimus. Tunc ad postulationem *instanter* factam per dilectum filium Christophorum Astorri, Sacri Consistorii Advocatum, a dilecto filio Nostro Camillo S. R. E. Cardinale Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto et hisce Canonizationibus procurandis prae-

le même jour où Nous avons déjà décidé d'inscrire au nombre des saints le bienheureux Pompilius-Marie Pirrotti ; quant à la canonisation du bienheureux Conrad de Parzham, Nous la fixâmes au 20 mai prochain, c'est-à-dire au saint jour de la Pentecôte. Et en attendant, Nous exhortâmes tous et chacun, dans le Seigneur, à ne pas cesser de recommander à Dieu avec instances Notre présent dessein. Nous prescrivîmes à Nos chers fils les protonotaires apostoliques qui se trouvaient à Nos côtés de dresser les procès-verbaux habituels de tout ce qui venait d'être fait et dit.

terum, cui vel iure communi vel peculiari Sedis Apostolicae indulto facultas huiusmodi concessa sit. Ob eorum praecellentiam hac facultate ipso iure reapse fruuntur, praeter S. R. E. Cardinales (can. 239 § 1^{er} n. 23), Abbas vel Praelatus *nullius*, Vicarius et Praefectus Apostolicus, licet caractere episcopali carentes, qui tamen ea valide uti nequeunt, nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum (can. 782 §§ 1^{er}, 2, 3), dummodo episcopali dignitate etiam insigniti non sint.

At praeter memoratos Praelatos, iure communi tali privilegio fruantes, non semel accidit ut in aliquibus omnino extraordinariis locorum et temporum adiunctis quarumdam regionum Americae Latinae, in quibus ordinarii seu nativi ministri, nempe Episcopi, copia forte non suppetit, gravi ideo et urgente exstante causa, Sancta Sedes quodammodo compellatur etiam ad simplicem Sacerdotem deputandum, tamquam Sacramenti Confirmationis extraordinarium ministrum, ut illud scilicet ex apostolico indulto christifidelibus conferat. Hisce tamen casibus, admodum singularibus, semper fuit Ecclesiae mens et sedula cura, ut hic veluti suffectus ordinario Confirmationis administer, quatenus fieri

commun ou un indult spécial du Siège Apostolique a accordé cette faculté. De par le droit commun, en raison de l'excellence de leur dignité, possèdent cette faculté, dans le cas bien entendu où ils ne seraient pas également revêtus de la dignité épiscopale, les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine (can. 239, § 1, n. 23), l'Abbé ou le Prélat *nullius*, le Vicaire et le Préfet Apostolique, bien qu'ils n'aient pas le caractère épiscopal, mais ceux-là ne peuvent valablement faire usage de cette faculté que dans les limites de leur territoire et seulement tant qu'ils sont en charge (can. 782, §§ 1, 2, 3).

Les Prélats que l'on vient de mentionner jouissent d'un pareil privilège en vertu du droit commun. Mais il arrive parfois que, pour des raisons graves et urgentes, dans des circonstances tout à fait extraordinaires de lieux et de temps où se trouvent certaines régions de l'Amérique latine pour lesquelles ne se rencontre peut-être pas la ressource du ministre ordinaire ou naturel, c'est-à-dire de l'évêque, le Saint-Siège est pour ainsi dire forcé de déléguer un simple prêtre comme ministre extraordinaire du sacrement de Confirmation, afin qu'il confère, en vertu de cet indult apostolique, ce sacrement aux fidèles. Cependant, en ces cas tout à fait spéciaux, l'intention constante de l'Eglise — et elle y veille soigneusement — est que ce ministre de la Confirmation, qui est comme substitué au ministre ordinaire, soit, autant que possible, revêtu d'une dignité

posset, in aliqua esset ecclesiastica dignitate constitutus, atque in propriae territorio dioecesis, ita ut v. g., usu Pontificalium frueretur ceterisque honorificis gauderet privilegiis atque insignibus, quae competere solent Protonotariis Apostolicis (Pius X, motu propr. *Inter multiplices*, 21 Febr. 1905 ; Pius XI, const. *Ad incrementum*, 15 Aug. 1934). Huius praescriptionis ratio est materna Ecclesiae sollicitudo, qua iugiter cavet ne quid detrimenti capiat reverentia Sacramento debita et offensionis pia christiana plebis expectatio Episcopi persona orbatae, atque ut Confirmationis administratio, quatenus sinit substituti ministri persona, conspicuo splendore ac praeclara sollemnitate fiat.

Re autem vera huic Sanctae Sedis agendi rationi consonat facultas, quae sub n. 3 recensetur in Litteris Apostolicis Pii Papae XI, diei XXX Aprilis an. MDCCCXXIX, quibus Ordinariis, Sacerdotibus et christifidelibus dioecesium ac ditionum Americae Latinae privilegia ac facultates ad decennium conceduntur (*Acta Ap. Sedis*, a. XXI, p. 554), et quae hisce exprimitur verbis :

« ... Ordinarii locorum deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum Sacerdotes, quantum fieri potest, in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii Foranei fungentes ; numquam vero sim-

ecclésiastique, et cela dans le territoire de son propre diocèse, de façon à ce que, par exemple, il ait l'usage des pontificaux et possède les autres privilèges et insignes honorifiques appartenant d'ordinaire aux Protonotaires Apostoliques (PIÈ X, Motu proprio. *Inter multiplices*, 21 février 1905 ; PIÈ XI, Const. *Ad incrementum*, 15 août 1934). Le motif de cette prescription est la sollicitude maternelle de l'Eglise : sans cesse elle prend garde, d'une part à ce que le respect dû au sacrement ainsi que la pieuse attente du peuple chrétien privé de la personne de l'évêque ne subissent aucune atteinte et déception ; d'autre part à ce que l'administration de la Confirmation s'accomplisse, autant que le permet la personne du ministre remplaçant l'évêque, avec un certain éclat extérieur et une brillante solennité.

De fait, la faveur mentionnée sous le numéro 3 dans les Lettres Apostoliques du 30 avril 1929, du Pape Pie XI, accordant pour dix ans certains privilèges ou pouvoirs aux Ordinaires, aux prêtres et aux fidèles des diocèses et des pays de l'Amérique latine (*Acta Ap. Sedis*, a. XXI, p. 554), s'accorde avec cette façon d'agir du Saint-Siège. En voici la teneur : « ... Les Ordinaires des lieux peuvent, pour administrer le sacrement de Confirmation, déléguer des prêtres autant que possible en possession d'une dignité ecclésiastique ou

plices Sacerdotes, commorantes illis in locis, in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit : servata nova S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Instructione* pro simplici sacerdote ex Sedis Apostolicae delegatione Sacramentum Confirmationis administrante. »

Huc etiam redit praxis ab hac S. Congregatione servata in Apostolicis indultis concedendis Sacerdotibus simplicibus, ut Confirmationem conferre valeant quibusdam in casibus reapse singularibus : semper enim eadem S. Congregatio cavit, prout adiuncta ipsa sinebant, ut hi vel Proto-notarii Apostolici dignitate praefulgerent, vel ut ad huiusmodi munus dignius explendum tales renuntiarentur.

Suae tuendae praxi tum quoad extraordinarii ministri requisitam dignitatem, tum quoad memorata loca Americae Meridionalis (Latinae), quibus veluti privative indulta Apostolica ad rem largiebatur, omnem ad haec usque tempora adhibuit curam S. Congregatio de Sacramentis. Attamen aliquot abhinc annis pluries RR. locorum Ordinarii requisierunt an praefatae praxi derogare opportunum censeret, etiam ad Europæ regiones nonnullas idem extendendo privilegium Americae Meridionali concessum sub similibus

remplissant la charge de Vicaire forain ; mais jamais de simples prêtres, demeurant dans les lieux où ce sacrement devra être administré : il faudra observer la nouvelle *Instruction* donnée par la Sacrée Congrégation de la discipline des Sacrements pour un simple prêtre administrant le sacrement de Confirmation en vertu d'une délégation du Siège Apostolique. »

Telle est aussi la pratique suivie par cette Sacrée Congrégation quand elle accorde aux simples prêtres un indult apostolique afin qu'ils puissent conférer dans des cas réellement exceptionnels le sacrement de Confirmation. Elle a toujours veillé, pour autant que les circonstances elles-mêmes le permettaient, à ce que ces prêtres ou bien fussent revêtus de la dignité de Protonotaires Apostoliques ou qu'elle leur fût conférée afin qu'ils remplissent plus convenablement la fonction de ministre de ce sacrement.

Jusqu'à présent, la Sacrée Congrégation des Sacrements a mis tous ses soins à maintenir sa façon d'agir soit en ce qui concerne la dignité requise chez le ministre extraordinaire soit pour ce qui regarde les pays déjà mentionnés de l'Amérique du Sud (latine) auxquels elle accordait comme exclusivement des Indults apostoliques en cette matière. Cependant, il y a quelques années, plusieurs fois des Ordinaires des lieux ont demandé si on ne jugeait pas opportun de déroger à la pratique susdite, en étendant à quelques régions d'Europe se trouvant dans la même situation le privilège

adiunctis ; et haec eadem S. Congregatio in una *Namurcen. et aliarum* diei 25 Ianuarii 1924, sequens proposuit Plenario EE. PP. Conventui dubium diluendum : « An praxis deputandi sacerdotes episcopali caractere carentes ad Sacramentum Confirmationis administrandum, etiam in posterum servanda sit intra limites hactenus praefinitos, vel potius, instantibus gravibus et urgentibus causis, extendenda sit ad alias regiones etiam in Europa in casibus particularibus », et responsio prodiit : « *Affirmative* ad I partem, *negative* ad II et ad mentem. » Mens vero EE. PP. fuit « quod nihil esset immutandum in disciplina Ecclesiae, quam hactenus servavit et vetuit immutari H. S. C., factis tantummodo nonnullis exceptionibus pro aliquibus regionibus in America Meridionali, ubi servari non potest ius commune ob extraordinaria rerum et personarum adiuncta. Equidem simplex sacerdos est minister extraordinarius Sacramenti Confirmationis per deputationem Sedis Apostolicae. Quodsi ex aliis regionibus exhibeantur huiusmodi petitiones, S. Congregatio suadeat Episcopis oratoribus ut recurrant ad S. Sedem pro obtinendo Episcopo Auxiliari seu Coadiutore, vel opem petant, pro huiusmodi Sacramento administrando,

accordé à l'Amérique méridionale. Cette même Sacrée Congrégation, dans *Namurcen* et *aliarum* du 25 janvier 1924, a soumis aux Eminentissimes Pères réunis en assemblée plénière le doute suivant à résoudre : « Est-ce que la pratique de déléguer, pour administrer le sacrement de Confirmation, des prêtres non revêtus du caractère épiscopal doit être, même pour l'avenir, maintenue dans les limites fixées jusqu'à présent, ou bien, en raison de motifs présents, graves et urgents, faut-il plutôt l'étendre dans des cas particuliers à d'autres pays, même d'Europe ? » La réponse fut *oui* à la première partie, *non* à la seconde et *ad mentem*. La pensée des Eminentissimes Pères était « que rien ne devait être changé dans la discipline de l'Eglise, discipline que cette Sacrée Congrégation avait observée jusqu'à ce jour et interdit de modifier, ne faisant quelques exceptions que pour certaines contrées de l'Amérique du Sud où l'on ne pouvait à cause d'une situation extraordinaire des choses et des personnes observer le droit commun. Le simple prêtre est ministre extraordinaire du sacrement de Confirmation en vertu d'une délégation du Siège Apostolique. Que si des suppliques de ce genre sont présentées par d'autres pays, la Sacrée Congrégation exhortera les évêques qui les font à recourir au Saint-Siège pour obtenir un évêque auxiliaire ou coadjuteur ; ou encore que ces évêques demandent, pour administrer ce sacrement, de l'aide aux

ab Episcopis finitimarum dioecesium ». Quod quidem responsum a Ssmo in Audientia diei 26 Ian. 1924 fuit confirmatum.

3. Duplex altera quaestio post Codicis promulgationem proposita, respiciebat mensuram aetatis confirmandorum, atque utraque fuit nuper per competentia S. Sedis organa resoluta.

Haec enim praecipit canon 788 in subiecta materia : « Licet Sacramenti Confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter aetatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire, ob iustas et graves causas, videatur. » Hinc quaesitum fuit a Pont. Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos utrum relatus canon constituat tantum normam directivam, an potius vere praeceptivam : et EE. PP. eiusdem Pontif. Commissionis in Plenario Coetu diei 7 Iunii 1931, proposito dubio : « An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum Confirmationis in Ecclesia Latina ante septimum circiter aetatis annum conferri non possit nisi in casibus, de quibus in eodem canone », responderi mandarunt : *Affirmative*.

Quoniam vero in Hispania et alicubi, praesertim in Ame-

évêques des diocèses voisins ». Cette réponse fut confirmée par le Pape dans l'audience du 26 janvier 1924.

3. Une autre question double, proposée après la promulgation du Code, concernait la détermination de l'âge des confirmands : elle a reçu récemment, des organismes compétents, la réponse voulue.

En effet, voici ce que prescrit sur ce point le canon 788 : « Bien que l'administration du sacrement de Confirmation dans l'Eglise latine soit différée, pour de bonnes raisons, jusque vers l'âge de sept ans, néanmoins le sacrement peut être aussi conféré plus tôt quand il y a péril de mort pour l'enfant ou quand le ministre le juge opportun pour des causes justes et graves. » Mais on demanda à la Commission Pontificale chargée d'interpréter authentiquement les canons du Code si le canon qu'on vient de citer constituait seulement une norme directive ou bien plutôt un véritable précepte. Les Eminentissimes Pères de cette même Commission Pontificale, dans leur réunion plénière du 7 juin 1931, au doute ainsi proposé : « Le canon 788 doit-il être compris dans ce sens que le sacrement de Confirmation ne peut pas être administré dans l'Eglise latine avant la septième année environ, sauf dans les cas énumérés au même canon ? » ont décidé de répondre : *Affirmativement*.

Or, en Espagne et dans d'autres pays, surtout en Amérique du

rica Meridionali, viget consuetudo administrandi Sacramentum Confirmationis pueris ante usum rationis, etiam immediate post collatum baptismum, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum, edita supradicta responsione, quaesitum fuit an talis consuetudo adhuc servari possit.

In Plenario itaque Coetu Emorum Patrum huius Sacrae Congregationis, habito die 27 Februarii 1932, re mature discussa, proposito sequenti dubio : « An consuetudo antiquissima in Hispania et alicubi vigens ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus ante usum rationis servari possit, Emi Patres responderunt : « *Affirmative et ad mentem.* » « Mens est ut, ubi Sacramenti Confirmationis administratio differri potest ad septimum circiter aetatis annum, quin obstant graves et iustae causae ad normam can. 788, contrariam consuetudinem inducentes, fideles sedulo edocendi sunt de lege communi Ecclesiae Latinae, praemissa Sacrae Confirmationis administrationi illa catechesis instructione, quae tantum iuvat ad animos puerorum excolendos et in doctrina catholica solidandos, prout experientia docet. »

In Audientia diei 2 Martii eiusdem anni, referente Secre-

Sud, la coutume existe toujours d'administrer aux enfants le sacrement de Confirmation avant qu'ils aient l'usage de la raison et même immédiatement après le baptême. Après la publication de la réponse mentionnée plus haut, on a demandé à la Sacrée Congrégation de la discipline des Sacrements si une telle coutume pouvait être encore conservée.

C'est pourquoi, dans la réunion plénière des Eminentissimes Pères de cette Sacrée Congrégation, tenue le 27 février 1932, la chose fut sérieusement examinée. Au doute suivant : « La coutume très ancienne existant en Espagne et dans d'autres pays d'administrer le sacrement de Confirmation aux enfants avant l'usage de raison peut-elle être conservée ? », les Eminentissimes Pères répondirent : « *Affirmativement* mais *ad mentem.* » « La pensée de la Sacrée Congrégation est que là où l'administration du sacrement de Confirmation peut être différée jusqu'aux environs de la septième année, sans qu'y fassent obstacle des causes graves et justes (qui), au sens du canon 788, introduisent la coutume contraire, on doit instruire avec soin les fidèles de la loi commune de l'Eglise latine : avant d'administrer le sacrement de Confirmation, on donnera cet enseignement du catéchisme qui, comme l'expérience le prouve, est d'un si grand avantage pour la culture de l'esprit des enfants et pour leur affermissement dans la doctrine catholique. »

Sur le rapport du Secrétaire de la même Congrégation. Notre Saint-Père le Pape Pie XI daigna, dans l'audience du 2 mars 1932, approuver et confirmer la réponse ci-dessus.

tario eiusdem S. C., Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI respensionem ratam habere et confirmare dignatus est.

Ne autem ex hac resolutione aliquis error irrepat aut non recta intelligentia de sacrorum canonum intentione et praecepto circa aetatem admittendorum ad primam Communionem Eucharisticam, declaravit eadem S. Congregatio, equidem opportunum esse et conformius naturae et effectibus Sacramenti Confirmationis, pueros ad sacram mensam prima vice non accedere nisi post receptum Confirmationis Sacramentum, quod est velut complementum baptismatis, et in quo datur plenitudo Spiritus Sancti (S. THOMAS, p. III, quaest. 72, art. 2) ; non tamen iidem censendi sunt prohiberi quominus ad eandem mensam prius admittantur, si ad annos discretionis pervenerint, quamvis Confirmationis Sacramentum antea accipere non potuerunt. (Resolutio S. C. de disciplina Sacramentorum diei 30 Iunii 1932, relata in *Acta Ap. Sedis*, XXIV, p. 271 seq.)

Si agitur proinde de puero, qui gravi morbo laboret, adeo ut constitutus dicatur in mortis periculo, non solum prohibitum non est illi ante septennium Sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans maiorem gloriam, iuxta S. Thomae doctrinam (p. III, quaest. 73, art. 8 ad 4), in caelis consequatur. Aliae insuper iuxta probatam plurium Theologorum sententiam (BENE-

Mais de peur que cette réponse ne donne lieu à quelque erreur ou à une fausse interprétation au sujet de l'intention et des prescriptions des saints canons relatifs à l'âge d'admission à la première Communion, la même Sacrée Congrégation déclare qu'il est à la vérité opportun, et plus conforme à la nature et aux effets du sacrement de Confirmation, que les enfants ne soient admis pour la première fois à la Table sainte qu'après réception du sacrement de Confirmation, qui est comme le complément du baptême et qui confère la plénitude du Saint-Esprit (S. THOMAS, III, q. LXXII, art. 2) : toutefois, on ne doit pas croire qu'il faut interdire ce premier accès à la sainte Table aux enfants qui, parvenus à l'âge de discrétion, n'auront pu cependant recevoir auparavant le sacrement de Confirmation (*Acta Ap. Sedis*, XXIV, p. 271).

Ainsi donc s'il s'agit d'un enfant gravement malade de telle sorte qu'il soit en danger de mort, non seulement il n'est pas interdit de lui administrer le sacrement de Confirmation avant sa septième année, mais il est avantageux de le faire, car, selon la doctrine de saint Thomas (P. III, q. LXXIII, art. 8 ad 4), cela lui vaudra, en cas de mort, une plus grande gloire au ciel. En outre, d'après l'opinion autorisée de plusieurs théologiens, il peut y avoir, en

DICTUS XIV, in lib. 7, cap. X, n. 5, 6 et 7 de *Synodo dioeclesiana*) esse possunt legitimae causae, praeter consuetudinem iam memoratam, antevvertendi septennium in collatione huius Sacramenti, et praesertim cum praevideatur futura diutina absentia Episcopi vel Presbyteri, cui facta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas seu iusta et gravis causa.

II

Disciplina per Codicem I. C. inducta quoad Confirmationis administrationem a simplici Sacerdote peragendam.

1° Sacerdos igitur, cui facultas haec concessa fuerit, probe sciat Sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione Chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta (can. 780).

2° Hoc Sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; si vero prudens dubium existat, num revera vel num valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3° Chrisma, quod huic Sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente, consecratum

dehors de la coutume dont on a déjà parlé, d'autres raisons légitimes de devancer l'âge de sept ans dans l'administration de ce sacrement, et surtout lorsqu'on prévoit une absence de longue durée de l'évêque ou du prêtre ayant reçu le pouvoir de confirmer, ou s'il y a une nécessité pressante ou une cause juste et grave.

II

Discipline introduite par le Code de droit canonique en ce qui concerne l'administration par un simple prêtre du sacrement de Confirmation.

1° Que le prêtre à qui pareil pouvoir a été accordé sache bien que le sacrement de Confirmation doit être conféré par l'imposition de la main avec l'onction du saint Chrême sur le front et en disant les paroles prescrites dans le Pontifical approuvé par l'Eglise (can. 780).

2° Ce sacrement, imprimant un caractère dans l'âme, ne peut être renouvelé. Si l'on doute sérieusement qu'il ait été conféré ou qu'il l'ait été valablement, on l'administrera de nouveau, mais sous condition (can. 732).

3° Le saint Chrême qui sert dans l'administration, même par un simple prêtre, de ce sacrement, doit avoir été consacré, le Jeudi-Saint précédent, par un évêque en communion avec le Saint-Siège :

feria quinta in Coena Domini proxima superiore; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734, 781). Nunquam vero licet sine Chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis haereticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita (can. 781 § 2).

4° Presbyter latini ritus cui, vi indulti, haec facultas competat, Confirmationem valide confert solis fidelibus sui ritus, nisi in indulto aliud expresse cautum fuerit. Nefas est presbyteris ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent Confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eandem ministrare infantibus latini ritus (can. 782, §§ 4-5).

5° Presbytero licet, si Apostolico locali privilegio sit munitus, in designato sibi territorio confirmare etiam extraneos, nisi id ipsorum Ordinarii expresse vetuerint (can. 784).

6° Presbyter, privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur Sacramentum hoc illis, quorum in favorem est con-

on ne doit pas employer du saint Chrême plus ancien, si ce n'est pour un motif pressant. Quand le saint Chrême menace d'être épuisé, on y ajoute, même plus d'une fois, en plus petite quantité de l'huile d'olive non bénite (can. 734, 781). Il n'est jamais permis d'administrer la Confirmation sans le saint Chrême ou de recevoir ce dernier d'un évêque hérétique ou schismatique. L'onction ne peut se faire au moyen d'un instrument, mais elle se fait par l'imposition de la main du ministre sur la tête du confirmand conformément aux règles indiquées (can. 781, § 2).

4° Le prêtre de rite latin à qui le pouvoir de confirmer est accordé par un indult apostolique ne peut valablement administrer ce sacrement qu'aux seuls fidèles de rite latin, à moins que le contraire ne soit expressément déclaré dans l'indult. Il est défendu aux prêtres de rite oriental qui jouissent de la faculté d'administrer aux enfants de leur rite la Confirmation en même temps que le baptême de confirmer les enfants de rite latin (can. 782, §§ 4-5).

5° Il est permis au prêtre, s'il est en possession d'un indult apostolique territorial, de confirmer dans le territoire qui lui est assigné, même les étrangers, à moins que leur Ordinaire l'ait expressément interdit (can. 784).

6° Le prêtre qui a reçu du Saint-Siège le privilège de confirmer est tenu d'administrer le sacrement de Confirmation aux fidèles en faveur de qui on lui a accordé ce pouvoir, lorsque ceux-ci le demandent raisonnablement et conformément aux règles établies (can. 785, §§ 1-2).

cessa facultas, rite et rationabiliter petentibus conferendi (can. 785, §§ 1-2).

7° Aquis baptismi non ablutus valide confirmari nequit; praeterea ut quis licite et fructuose confirmetur, debet esse in statu gratiae constitutus, et, si usu rationis polleat, sufficienter instructus (can. 786), scilicet, pro suo captu, de natura, dignitate, effectibus ac dispositionibus ad digne Sacramentum huiusmodi recipiendum. Iuxta veterem Ecclesiae usum confirmandi deberent esse ieiuni, idque optandum propterea esset ut in praesenti etiam servaretur.

8° Quamquam hoc Sacramentum non est de necessitate mediæ ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere, imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accedant (can. 787).

9° Quod vero ad aetatem confirmandorum attinet (can. 788) recolenda sunt quae fuse diximus sub I n. 3.

10° Caveant confirmandi ne sordida fronte, capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant, vestibus tamen sint induti, quemadmodum et patrini, simplicibus, et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud suscepturae et quae matricularum officium exercebunt, in ecclesiam ne accedant vanis indutae ornamentis aut fucata facie, sed cum omni modestia et reverentia.

7° Un non-baptisé ne peut recevoir valablement le sacrement de Confirmation. En outre, pour que le fidèle le reçoive licitement et avec fruit, il doit être en état de grâce et, s'il a l'usage de la raison, suffisamment instruit (can. 786), eu égard à son intelligence, sur la nature, la dignité, les effets de ce sacrement et les dispositions requises pour le recevoir dignement. Les confirmands devraient être à jeun conformément à l'ancienne pratique de l'Eglise, qu'il serait souhaitable de voir en conséquence suivie même de nos jours.

8° Bien que ce sacrement ne soit pas nécessaire de nécessité de moyen pour le salut, il n'est cependant permis à personne de le négliger, quand l'occasion se présente de le recevoir. Bien plus, les curés doivent veiller à ce que les fidèles le reçoivent au moment opportun (can. 787).

9° Pour ce qui concerne l'âge des confirmands (can. 788), il faut se rappeler ce qui a été longuement exposé dans le numéro 3 du premier paragraphe.

10° Que les confirmands se gardent de se présenter pour la Confirmation avec un front sale et des cheveux mal peignés. Ainsi que leurs parrains, ils seront habillés avec propreté, simplement et selon les règles de la modestie. Les femmes qui vont être confirmées et celles qui rempliront la charge de marraines ne doivent pas

11° Confirmandi, si plures sint, adsint primae manuum impositioni seu extensioni, nec nisi expleto ritu discedant (can. 789).

12° Hoc sacramentum quovis tempore conferri potest; maxime autem decet illud administrare in hebdomada Pentecostes (can. 790).

13° Licet proprius Confirmationis administrandae locus ecclesia sit, ex causa tamen, quam minister iustam ac rationabilem iudicaverit, potest hoc Sacramentum in quolibet alio decenti loco conferri (can. 791).

14° Ex vetustissimo Ecclesiae more, ut in baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit (can. 793).

15° Patrinus unum tantum confirmandum aut duos praesentet, nisi aliud iusta de causa ministro videatur; unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus (can. 794).

16° Ut quis sit patrinus, oportet :

1. Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;
2. Nulli haereticae aut schismaticae sectae sit adscriptus,

venir à l'église dans une toilette mondaine et un visage fardé, mais dans une tenue pleine de pudeur et de décence.

11° Les confirmands, s'ils sont plusieurs, doivent être présents à la première imposition ou extension des mains, et ne se retirer qu'après l'achèvement de la cérémonie (can. 789).

12° Ce sacrement peut être administré n'importe quel jour : cependant le temps qui convient le mieux pour cela est la semaine de la Pentecôte (can. 790).

13° L'église est le lieu propre pour administrer la Confirmation : néanmoins, pour une cause jugée raisonnable et juste par le ministre, on peut l'administrer dans tout autre endroit décent (can. 791).

14° Conformément à la coutume très ancienne de l'Eglise, il faut dans la Confirmation, comme dans le baptême, la présence d'un parrain, si on peut en avoir un (can. 793).

15° Un parrain ne peut présenter à la Confirmation qu'un ou deux filleuls, à moins qu'une cause juste ne fasse décider le contraire par le ministre du sacrement. De même, chaque confirmand ne doit avoir qu'un parrain (can. 794).

16° Pour que quelqu'un soit valablement parrain, il faut :

1. qu'il soit lui-même confirmé, qu'il ait l'usage de la raison et l'intention de remplir cette fonction;
2. qu'il n'appartienne à aucune secte hérétique ou schismatique; qu'il ne soit pas sous le coup d'une sentence condamnatrice ou

nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus, aut infamis infamia iuris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus ;

3. Non sit pater, mater, coniux confirmandi ;

4. A confirmando eiusve parentibus vel tutoribus, vel, hi si desint aut renuant, a ministro vel a parochio sit designatus ;

5. Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat (can. 795).

17° Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet :

1. Sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, iudicio ministri, aliud suadeat, aut statim post Baptismum legitime Confirmatio conferatur ;

2. Sit eiusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus particularibus ex rationabili causa videatur ;

3. Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud iusta de causa ministro videatur (can. 796) ;

4. Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia iuris, quin

déclaratoire prononçant l'excommunication, qu'il ne soit pas atteint par l'infamie de droit, ni exclus des actes légitimes ecclésiastiques. De même, s'il s'agit d'un clerc, il ne doit être ni déposé ni dégradé ;

3. qu'il ne soit ni le père, ni la mère, ni le conjoint du confirmand ;

4. qu'il soit désigné par le confirmand, soit par ses parents ou tuteurs, ou bien, à leur défaut ou sur leur refus, par le ministre de la Confirmation ou le curé ;

5. qu'il touche physiquement, soit par lui-même soit par un procureur, le confirmand au moment de l'administration du sacrement (can. 795).

17° Pour que quelqu'un soit licitement admis comme parrain de Confirmation, il faut :

1. qu'il soit différent de celui qui fut parrain au baptême, sauf lorsque la Confirmation est légitimement administrée aussitôt après le baptême ou lorsque pour un motif raisonnable le ministre du sacrement estime justifiée une exception à la règle ;

2. qu'il soit du même sexe que le confirmand, à moins que le ministre, pour une cause raisonnable et en des cas particuliers, en juge autrement ;

3. qu'il soit entré dans sa quatorzième année, à moins que, pour un juste motif, une exception ne paraisse légitime au ministre du sacrement ;

4. qu'il ne soit pas, par suite d'un délit notoire, excommunié, exclu des actes légitimes ecclésiastiques, ou frappé d'une infamie

tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti ;

5. Fidei rudimenta noverit ;

6. In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis ;

7. In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia (can. 766).

18° Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi eiusque christianam educationem curandi (can. 797). Ex hac tamen cognatione spirituali iam non oritur impedimentum ad matrimonium (can. 1079).

19° Nomina ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum, diem ac locum Confirmationis parochus inscribat in peculiari libro, praeter adnotationem in libro baptizatorum (can. 798).

20° Si proprius confirmati parochus praesens non fuerit, de collata Confirmatione minister vel per se ipse, vel per alium quamprimum eundem certiorum faciat (can. 799).

de droit sans que cependant une sentence soit intervenue. Il ne doit pas non plus être interdit, ni pécheur public, ni infâme de fait ;

5. qu'il connaisse les rudiments de la religion ;

6. qu'il ne soit ni novice ni profès dans un Institut religieux, Ordre régulier ou simple Congrégation, à moins d'une nécessité urgente et de la permission expresse à tout le moins du supérieur local ;

7. qu'il ne soit pas dans les Ordres sacrés, à moins que son propre Ordinaire ne lui en donne formellement l'autorisation (can. 766).

18° Le sacrement de Confirmation validement administré établit entre le confirmé et son parrain une parenté spirituelle. De cette dernière résulte pour le parrain le devoir de regarder son filleul comme étant confié pour toujours à sa sollicitude et de veiller à son éducation chrétienne (can. 797). Mais cette parenté spirituelle ne constitue plus un empêchement de mariage (can. 1079).

19° Le curé doit inscrire sur un registre spécial les noms du ministre, des confirmés, des parents et des parrains, la date du jour et le lieu de la Confirmation, cela en plus de l'inscription dans les registres du baptême (can. 798).

20° Si le propre curé du confirmé n'a pas été présent à la cérémonie de la Confirmation, le ministre du sacrement doit au plus

21° Ad collatam Confirmationem probandam, modo nemini fiat praeiudicium, satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius confirmati iusiurandum, nisi confirmatus fuerit in infantili aetate (can. 800).

III

Ritus servandus a simplici sacerdote sacramentum Confirmationis conferente, juxta Rituale Romanum Ssmi D. N. Pii Papae XI ad normam Codicis juris canonici accommodatum.
Cf. *Appendix Ritualis Romani, De Confirmatione.*

*
**

Ssmus Pius Pp. XI feliciter regnans, habita de hac Instructione relatione ab infrascripto Cardinali Praefecto in Audientia diei 7 Maii 1934, eandem approbare et ratam habere dignatus est, mandans ut publici iuris fieret.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die festo Pentecostes anni 1934.

M. card. LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L † S

D. JORIO, *Secretarius.*

tôt, par lui-même ou par une autre personne, l'informer de l'administration de ce sacrement (can. 799).

21° Pour faire la preuve de l'administration de la Confirmation, il suffit, pourvu que cela ne porte préjudice à personne, de l'attestation d'un seul témoin s'il est absolument digne de foi, ou du serment du confirmé sauf s'il a reçu le sacrement étant encore enfant (au sens du droit, c'est-à-dire avant sept ans révolus) (can. 800).

III

Cérémonial à suivre par le simple prêtre qui administre le sacrement de Confirmation, conformément au Rituel Romain édité sur l'ordre de Sa Sainteté le Pape Pie XI et mis en harmonie avec le Code de droit canonique.

Voir Appendix ad Rituale Romanum, De Confirmatione.

*
**

Rapport ayant été fait au sujet de cette Instruction à Notre Très Saint-Père le Pape Pie XI, heureusement régnant, par le cardinal Préfet soussigné, dans l'audience du 7 mai 1934, Sa Sainteté a daigné l'approuver et la ratifier, et a ordonné de la publier.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Congrégation de la discipline des Sacrements, le jour de la fête de la Pentecôte, 20 mai 1934.

M. card. LEGA, *Préfet.*

D. JORIO, *Secrétaire.*

S. CONGREGATION DES RITES

RESCRIT

du 18 novembre 1934 (1)

La fête de la Sainte-Famille en France.

Supplique.

TRÈS SAINT PÈRE,

Jean Chollet, archevêque de Cambrai, secrétaire de la Commission permanente des cardinaux et archevêques de France, humblement prosterné aux pieds de Votre Sainteté, demande humblement, au nom des cardinaux et archevêques de France, que la fête de la Sainte-Famille, actuellement fixée au dimanche dans l'octave de l'Épiphanie et qui, souvent, dans les paroisses, est supplantée par la solennité de l'Épiphanie, soit reportée au second dimanche après l'Épiphanie afin que cette fête, dont les enseignements ont aujourd'hui pour les fidèles une si particulière opportunité, ait une place réservée et plus sûre dans le calendrier liturgique de l'Église de France.

Concession.

La S. Congrégation des Rites, ayant examiné la requête de S. Exc. Mgr l'archevêque de Cambrai, et usant des facultés qui lui ont été spécialement accordées par Notre Saint-Père le Pape Pie XI, accorde volontiers la faveur sollicitée, suivant les termes de la supplique et pour cinq ans.

En accord avec les rubriques et nonobstant toute décision contraire.

Le 18 novembre 1934.

Cardinal LAURENTI,
préfet de la S. C. R.

Ce rescrit a été communiqué à LL. EExc. NN. SS. les évêques par S. Exc. Mgr Chollet, en ces termes :

Cambrai, le 4 décembre 1934.

EXCELLENCE,

Sur le vœu exprimé par la dernière Assemblée des cardinaux et archevêques, j'ai sollicité et obtenu de la S. Congrégation des Rites l'indult dont je vous prie de bien vouloir trouver ci-dessous la copie.

Veillez, Excellence, agréer mes fraternels hommages.

† JEAN CHOLLET,
archevêque de Cambrai.

(1) Nous empruntons à la *Semaine religieuse de Paris* (15. 12. 34) la traduction de ce document.

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

Preces indulgentiis ditatae (1).

Neminem latet quo pietatis studio, iubilari hoc anno, undevicesimo Reparationis nostrae exeunte saeculo, christifideles curaverint, specialissima veneratione ac cultu sacras imagines Iesu Christi cruci affixi prosequi, utpote aptissimas ad excitandum in eorum animis, cum memoria Dominicae Passionis, paenitentiam suorum peccatorum vitaeque emendationem.

Profecto haud poterat non summopere laetari Beatissimus Pater, qui hac praesertim de causa Iubilaeum extraordina-

SACREE PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

Prières enrichies d'indulgences.

Tout le monde sait avec quel pieux empressement, durant cette année jubilaire finissante commémorant le 19^e centenaire de notre Rédemption, les fidèles se sont efforcés de témoigner une vénération et un culte très particuliers aux images de Notre-Seigneur en croix : ces représentations sont, en effet, bien propres à rappeler à leur mémoire la Passion du Sauveur et à exciter dans leurs âmes des sentiments de repentir et de réparation pour les péchés commis.

A la vérité, le Saint-Père, ayant établi ce Jubilé extraordinaire principalement dans ce but, n'a pu que se réjouir d'une façon toute spéciale de cet accroissement de dévotion et d'amour

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 108.

rium indixerat, de tanto pietatis ac amoris in Christum Redemptorem incremento : imo ardenti flagrans desiderio hos pietatis sensus erga Dominicam Passionem in populo christiano, quantum possibile Ipsi foret fovendi ob uberimos spirituales fructus qui exinde sperari queunt, in audientia die 19 Ianuarii proxime elapsi infrascripto Cardinali Paenitentiario maiori concessa, haec quae sequuntur statuenda decrevit. Scilicet benigne excipiens plurium supplicationes qui petebant ut peculiaribus indulgentiis augeantur sive apprime agnita oratio quae incipit *En ego, o bone ac dulcissime Iesu...* sive oratiuncula *Adoramus te, Christe...* toties a fidelibus iubilari hoc anno pie repetita, alteri precectioni *En ego...* — quae pro iis qui, confessi, sacra Synaxi refecti et ad intentionem Summi Pontificis orantes (cf. *Acta Apost. Sedis*, vol. XXV, p. 446), eam coram imagine Iesu Christi Crucifixi pia mente fuderint, plenaria indulgentia iam est aucta — partialem indulgentiam decem annorum adnectere dignatus est, quoties eam devote et saltem corde contrito recitaverint ; alteri vero precectioni *Adoramus te, Christe...* partialem indulgentiam trium annorum item adnectere, quoties ea devote et saltem corde contrito recitata fuerit. Praesenti in perpetuum vali-

envers le Christ Rédempteur. Bien plus, dans le très vif désir de conserver, autant qu'il en aurait le pouvoir, chez le peuple chrétien cette dévotion envers la Passion du Christ, à cause des fruits spirituels très abondants qu'on en peut espérer, Il a pris les décisions suivantes, communiquées au cardinal grand Pénitencier soussigné, dans l'audience du 19 janvier 1934. Accueillant avec bienveillance plusieurs suppliques demandant que l'on enrichit d'indulgences spéciales soit la prière bien connue commençant par ces mots : *En ego, o bone ac dulcissime Iesu...*, soit l'oraison jaculatoire *Adoramus Te, Christe...*, tant de fois pieusement récitée par les fidèles en cette année jubilaire, Il a daigné accorder une indulgence partielle de dix ans chaque fois que les fidèles réciteront avec dévotion et d'un cœur contrit la prière *En ego*, et ceci en plus de l'indulgence plénière déjà concédée à ceux qui s'étant confessé, ayant communié et prié à l'intention du Pape (cf. *A. A. S.*, vol. XXV, p. 446) récitent cette même prière avec piété devant un crucifix. Quant à l'oraison jaculatoire *Adoramus Te, Christe...*, le Pape lui attache une indulgence partielle de trois ans, chaque fois qu'on la récitera dévotement et d'un cœur contrit.

La présente concession est valable pour toujours sans aucune

turo, absque ulla Litterarum Apostolicarum expeditione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 2 Februarii 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentarius maior.*

L. ✠ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

expédition de Lettres Apostoliques. Nonobstant toutes choses contraires.

Donnée à Rome, au Palais de la Sacrée Pénitencerie, le 2 février 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

In memoriam Iubilaei humanae redemptionis (1).

Ssmus D. N. Pius, divina Providentia Pp. XI, ad finem fere anno iubilari vergente, qui sacratissimum Christi Redemptoris Cor nec non paternum Sui in terris Vicarii animum ineffabilibus consolationibus replevit, sponte sua indulgentiam quamdam peculiarem, quasi mnemosynon quoddam eiusdem extraordinariae celebrationis, christifidelibus omnibus dilargiri volens, in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario maiori die 16 vertentis mensis concessa, decrevit: Quoties fideles saltem corde contrito *Credo* una cum precatiuncula *Adoramus te, Christe...* pio

SACREE PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

En mémoire du Jubilé de la Rédemption.

Notre Très Saint Père Pie XI, Pape par la divine Providence, a voulu, vers la fin de cette année jubilaire si pleine d'ineffables consolations pour le Cœur Sacré du Rédempteur et pour l'âme paternelle de son Vicaire ici-bas, accorder de son propre mouvement à tous les chrétiens une indulgence spéciale, sorte de mémorial des solennités extraordinaires de ce jubilé. Dans l'audience où il reçut, le 16 février 1934, le cardinal grand Pénitencier soussigné, il décida ce qui suit : chaque fois qu'avec un cœur contrit les fidèles réciteront le *Credo* et l'oraison jaculatoire *Adoramus Te, Christe...* dans des sentiments de dévotion pour la

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 109.

animi affectu in passionem ac mortem D. N. I. C. recitaverint, indulgentiam partialem decem annorum acquirere posse; indulgentiam vero plenariam, suetis conditionibus, semel in mense lucrari posse, si eandem recitationem quotidie per integrum mensem peregerint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Litterarum Apostolicarum expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 20 Februarii 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentarius maior.*

L. ✕ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

Passion et la mort de Notre-Seigneur Jésus-Christ, ils pourront gagner une indulgence partielle de dix ans. Ceux qui, pendant un mois, auront récité chaque jour ces mêmes prières, pourront gagner une fois, durant le même temps, aux conditions ordinaires, une indulgence plénière.

La présente concession est valable pour toujours, sans aucune expédition de Lettres Apostoliques et nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Pénitencerie, le 20 février 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

MONITA

de usu facultatum confessariis tributarum per Annum Sanctum ad universum catholicum orbem propagatum deque ratione Indulgentiae Iubilaei lucrandae, ad normas Constitutionum Benedicti XIV et Leonis XIII exarata, auctoritate SSmi D. N. Pii PP. XI ad hodiernam disciplinam accommodata eiusque iussu edita (1).

Edita hesterno die Apostolica Constitutione *Quod superiore anno*, per quam universale extra ordinem Iubilaeum ad totum catholicum orbem extenditur, summopere interest, ut quae in eadem decernuntur, accurate prudenterque in usum deducantur.

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

DIRECTIVES

relatives à l'usage des pouvoirs attribués aux confesseurs durant l'extension de l'Année Sainte à tout l'univers catholique et aux moyens de gagner l'indulgence du Jubilé, d'après les règles posées par les Constitutions de Benoît XIV et de Léon XIII, mais adaptées aux conditions de la discipline actuelle, en vertu de l'autorité de Notre Très Saint-Père Pie XI, Pape, et publiées par son ordre.

Après la publication, faite hier, de la Constitution apostolique *Quod superiore anno* portant extension du Jubilé universel extraordinaire à tout l'univers catholique, il importe souverainement que les décisions qui y sont formulées soient exécutées avec grand soin et grande prudence.

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 149.

Ut vero id facilius ac tutius effici queat, SS. D. N. Pius divina Providentia Papa XI iussit, quemadmodum per elapsum piacularem annum in confessoriorum almae huius Urbis commodum, ita nunc in totius orbis confessoriorum utilitatem haec, quae sequuntur, monita edenda esse, eademque edixit quam diligentissime ab omnibus esse servanda.

I. — Noscant imprimis in compertoque habeant confessori se extraordinariis hîsce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant *ea mente et sincera voluntate* ut Iubilaei veniam consequantur : attamen si paenitens mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

Confessarii his facultatibus in foro interno etiam extra-sacramentali uti possunt dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus forum sacramentale expresse requiratur.

Parochi tamen peculiarem facultatem habeant iubilares

Pour y parvenir avec plus de facilité et plus de sûreté, Notre Très Saint-Père Pie XI, Pape par la divine Providence — comme il le fit pendant l'année jubilaire écoulée en faveur des confesseurs de la Ville Eternelle, — ordonne de même maintenant qu'en faveur des confesseurs du monde entier soient édictées les directives suivantes, qui devront être, selon sa volonté, observées par tous avec la plus grande diligence.

I. — Tout d'abord, les confesseurs doivent savoir et bien se convaincre qu'ils ne peuvent user de ces pouvoirs extraordinaires qu'à l'égard des pénitents qui se présentent au confessionnal *avec l'intention et la volonté sincère* de gagner l'indulgence du Jubilé ; toutefois, si le pénitent vient à changer d'intention, s'il renonce à gagner l'indulgence du Jubilé et néglige d'accomplir les autres œuvres prescrites pour la gagner, toutes les absolutions des censures, excepté celles qui lui ont été données en tant que relaps, de même que toutes les commutations et dispenses concédées, gardent leur valeur.

Les confesseurs peuvent user de ces pouvoirs au for interne, même en dehors du sacrement, à la condition qu'il ne s'agisse pas des pouvoirs spéciaux pour lesquels le for sacramentel est expressément requis.

Cependant, les curés ont le pouvoir particulier de dispenser des visites jubilaires, d'en restreindre le nombre ou de les com-

visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam Constitutionis *Quod superiore anno* sub n. IX, 10, non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis parociae suae.

II. — Facultas absolvendi a peccatis et a censuris ac dispensandi ab irregularitatibus hisce finibus continetur atque circumscribitur ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario, a die octava Paschatis huius anni, a peccatis et a censuris absolutus iam non fuerit vel ab irregularitate dispensatus (cf. Const. *Quod superiore anno*, sub n. IX, 13). Itaque summo opere necesse est confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris vel irregularitate irretito exquirere :

1. Utrum iam iubilarem veniam, a die octava Paschatis huius anni lucrifecerit necne ;

2. Quodsi eam non lucrifecerit, num, anno piaculari vertente, a peccatis vel a censuris reservatis iam absolutus fuerit ; atque id ipsum tum requirat, cum paenitens se sistat aliqua irregularitate irretitus.

muer suivant les règles établies dans la Constitution *Quod superiore anno* n° IX, 10°, non seulement lorsqu'il s'agit de pénitents, mais encore de chaque fidèle et de chaque famille de leurs paroisses respectives.

II. — Le pouvoir d'absoudre des péchés et des censures et de dispenser des irrégularités est limité et circonscrit par cette clause qu'il ne peut être exercé qu'une seule fois pendant la célébration de l'Année Sainte à l'égard du même pénitent, à savoir quand il gagne lui-même pour la première fois l'indulgence jubilaire ; et cela, au cas seulement où le pénitent n'aura pas été absous de ses péchés et des censures ou dispensé d'irrégularité, depuis l'octave de la fête de Pâques (Cf. Const. *Quod superiore anno*, n° IX, 13°). Aussi est-il absolument nécessaire que les confesseurs, s'ils veulent s'acquitter comme il convient de leurs fonctions, demandent à tout pénitent ayant commis ces péchés ou encouru ces censures et cette irrégularité :

1. S'il a déjà gagné ou non l'indulgence jubilaire, depuis l'octave de la fête de Pâques de cette année ;

2. Et dans le cas où il ne l'aurait pas gagnée, si au cours de l'Année Sainte il a été absous de fautes et de censures réservées ; il posera la même question lorsque le pénitent est sous le coup de quelque irrégularité. Si, en effet, depuis l'octave de la fête

Etenim si ipse a die octava Paschatis huius anni vel iam iubilarem veniam lucratus fuerit vel iam fuerit a peccatis aut a censuris absolutus, vel denique ab irregularitate dispensatus absolutionem et dispensationem eiusmodi iterum obtinere non potest.

III. — Confessarii prædiscent ac memoriâ teneant indicem peccatorum, censurarum, paenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur ; si qua, autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quæ Codex præscribit can. 2254, 2290, 1045 § 3.

IV. — Non prætermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi conicere iure liceat paenitentem plenissimam iubilæi veniam esse consecuturum.

V. — Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit : aut saltem, si eiusmodi satisfactionem præstare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

de Pâques de cette année, il a déjà gagné l'indulgence jubilaire ou a été absous de ses péchés et des censures, ou enfin s'il a été dispensé de l'irrégularité qui le frappait, il ne peut obtenir une seconde fois une absolution et une dispense du même genre.

III. — Que les confesseurs apprennent et retiennent de mémoire la liste entière des péchés, censures, peines et empêchements dont l'absolution ou la dispense n'est point comprise dans les pouvoirs qui leur sont accordés ; et si des cas de cette nature se présentent, ils doivent se souvenir qu'ils ne peuvent faire autre chose pour le pénitent que d'observer religieusement les règles établies par le Code, canons 2254, 2290, 1045 § 3.

IV. — Qu'ils ne négligent point d'imposer à chaque pénitent une sérieuse et bienfaisante pénitence sacramentelle, alors même qu'ils auront des raisons de penser que le pénitent gagnera l'indulgence plénière du Jubilé.

V. — Si quelqu'un, pour avoir lésé une partie quelconque, est sous le coup de censures secrètes, les confesseurs ne l'absoudront pas avant qu'il ait donné satisfaction à la partie lésée, en réparant même le scandale et en compensant le dommage ; ou tout au moins, si pareille satisfaction ne peut être donnée au préalable, sans qu'il ait sincèrement et sérieusement promis de la donner aussitôt qu'il le pourra.

VI. — Confessarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant :

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu Iubilaei beneficio frui quandiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint, posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi Iubilaeum cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

VII. — Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. — Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo in can. 2342, prohibeant, sub paena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus paenis, de quibus sub n. 2 eiusdem canonis agitur.

IX. — Religiosos apostatas a religione, ab excommunica-

VI. — Les confesseurs qui peuvent absoudre des censures même publiques sont tenus de bien connaître les points suivants :

Ceux qui ont été frappés nominativement d'une censure ou ont été dénoncés publiquement comme tels, ne peuvent bénéficier du Jubilé aussi longtemps qu'ils n'auront pas au for extérieur satisfait comme de droit. Cependant, si dans leur for interne ils ont renié sincèrement leur rébellion et s'ils ont montré les dispositions requises, on peut, le scandale étant écarté, les absoudre au for sacramental, uniquement afin qu'ils puissent gagner l'indulgence du Jubilé, à charge pour eux de se soumettre aussitôt que possible dans le for externe également, conformément aux prescriptions du droit.

VII. — En ce qui concerne le péché qui, suivant le canon 894, est réservé, en vertu de sa nature même, les confesseurs n'en donneront pas l'absolution, à moins que le pénitent n'ait formellement rétracté la fausse dénonciation, ou n'ait réparé, dans la mesure de ses forces, le dommage qui en est résulté, une longue et sérieuse pénitence étant en outre imposée.

VIII. — S'il s'agit du cas, même secret, dont il est question au canon 2342, ils interdiront au pénitent, sous peine d'être considéré comme relaps, de pénétrer à l'avenir dans cette maison religieuse et son église, les peines prévues au numéro 2 dudit canon restant en vigueur.

tione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea conditione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis paenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae paena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. — Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiatur, ita quidem ut confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint.

IX. — Ils n'absoudront pas les religieux apostats de l'excommunication mentionnée au canon 2385, aussi longtemps qu'ils vivront en dehors de leur Ordre. Toutefois, si ces religieux ont la ferme intention d'y revenir, un délai convenable leur sera déterminé pour l'accomplissement de ce dessein, et ils seront absous au for interne, sous la réserve qu'ils tomberont de nouveau sous le coup de la censure, au cas où ils ne seraient pas rentrés dans leur Ordre dans le délai fixé.

Qu'ils soient prévenus qu'aussi longtemps qu'ils demeurent en dehors de la maison de leur Ordre, ils sont exclus de toute fonction ecclésiastique légitime, privés de tous les privilèges de leur Ordre, soumis à l'Ordinaire du lieu de leur séjour, et passibles, même après leur retour, des autres peines prévues dans le canon 2385. Quant au religieux fugitif, bien que, en vertu des Constitutions de son Ordre, il soit frappé d'excommunication, il pourra, s'il manifeste les dispositions requises, être absous au for interne, mais avec l'obligation de rentrer dans son Ordre le plus tôt possible, aux mêmes conditions et sous les mêmes peines, en cas de récidive, que celles qui sont prévues pour les religieux apostats; de plus, s'il a reçu les Ordres sacrés, il est tenu de se conformer à la suspense prévue dans le canon 2386.

X. — S'il s'agit de commutation de vœu, la question doit être envisagée d'une manière plus large: de sorte que les confesseurs,

XI. — A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis paena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

XII. — Ad facultatem quod attinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt :

1. Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram ecclesiam aut oratorium invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam vel oratorium per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes duodecim semper habendas esse, quae proinde in reliquis ecclesiis vel oratoriis fieri debent. Dispensatio enim alicuius ecclesiae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

2. Si quis vero, praeter dispensationem alicuius ecclesiae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri imminutionem petat, confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

tout en usant de prudence, pourront commuer des vœux même en des œuvres de moindre importance.

XI. — On n'accordera à personne l'absolution pour la lecture des livres prohibés, de ceux-là surtout qui sont interdits aux termes du canon 2318, § 1, sous peine d'excommunication, à moins que le coupable ne remette avant l'absolution les livres qu'il détient à l'Ordinaire, au confesseur ou à quelque autre personne autorisée à les garder; tout au moins qu'il promette sérieusement de les détruire ou de les livrer aussitôt que possible.

XII. — En ce qui concerne le pouvoir de commuer les visites sacrées ou d'en dispenser, il faut s'en tenir aux règles suivantes :

1. Si quelqu'un a obtenu la dispense de visiter l'une ou l'autre église ou chapelle, sans être obligé de visiter en compensation une autre église ou chapelle, il doit toujours, qu'il le sache, accomplir douze visites sacrées, lesquelles, par conséquent, devront être faites dans les autres églises ou chapelles. Car la dispense de visiter quelque église n'implique pas une diminution du nombre des visites sacrées à effectuer.

2. Mais si quelqu'un demande, outre la dispense de visiter telle église, une diminution du nombre des visites, les confesseurs lui prescriront autant de prières à réciter qu'il y aura de dispenses de visites; ces prières ne doivent pas différer de celles qui sont prescrites pour les visites sacrées.

3. Si quis interdum, animo sacras visitationes rite peragendi ad ecclesiae fores pervenerit, aditu ad eam iam clauso vel quavis de causa impedito, tum satis erit ad easdem fores praescriptas preces recitare. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

4. Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consulitur.

XIII. — Cum quatuor ecclesiarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XIV. — Confessio et Communio ad lucranda piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor ecclesiarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post con-

3. Si parfois quelqu'un, animé du désir d'accomplir comme il convient les visites sacrées, arrive à la porte de l'église et en trouve l'accès fermé ou interdit pour un motif quelconque, il lui suffira de réciter devant la porte même les prières prescrites. Mais il faut que la visite soit pieuse et dévote, c'est-à-dire faite avec l'intention d'honorer Dieu, intention qui doit se traduire en quelque sorte par une attitude respectueuse.

4. Les prières vocales prescrites peuvent aussi être récitées en alternant les voix. Quant aux muets, qu'ils s'en tiennent au canon 936.

XIII. — La visite des quatre églises n'étant pas en soi obligatoire, mais simplement imposée à ceux qui veulent librement gagner l'indulgence du Jubilé, chaque fois que pour un motif légitime les confesseurs autorisés en déchargeront en totalité ou en partie les pénitents, elle ne devra pas être commuée en une autre œuvre que le pénitent soit tenu d'accomplir en vertu d'une obligation proprement dite.

XIV. — Il est indifférent que la confession et la communion prescrites en vue du gain de l'indulgence de l'Année Sainte précèdent les visites des quatre églises, s'y interposent ou les suivent; une seule chose importe et est nécessaire: c'est que l'acte final des œuvres prescrites et qui peut être la communion s'accomplisse en état de grâce, aux termes du canon 925 § 1. Si

fessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus incidet, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicit, cum Deo reconcilietur.

Haec *Monita* ad praesentis disciplinae condicionem accommodata, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in lucem edi iussit, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigeant, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximam piacularis anni ad totum catholicum orbem prorogationem.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die III mensis Aprilis anno MDCCCXXXIV.

L. card. LAURI, *Paenitentiaris maior.*

L. ✠ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

donc, quelqu'un, après s'être confessé, mais avant de s'être acquitté de toutes les œuvres prescrites pour le Jubilé, retombe dans le péché mortel, il est tenu de se confesser à nouveau, s'il doit encore recevoir la sainte communion; sinon, il lui suffira, par un acte de contrition parfaite, de se réconcilier avec Dieu.

Notre Très Saint-Père le Pape Pie XI a ordonné de publier ces directives, adaptées aux conditions de la discipline actuelle, afin qu'elles servent à tous de règle sûre et constante pour l'interprétation des pouvoirs qui seront en vigueur et des œuvres qui seront prescrites, en vue d'obtenir l'indulgence jubilaire au cours de la prochaine prorogation de l'Année Sainte à tout l'univers catholique.

Donné à Rome, au Palais de la S. Pénitencerie, le 3 avril 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

Dies, quem dicunt, eucharisticus indulgentiis ditatur (1).

Quo magis magisque apud fideles in Augustissimum Eucharistiae Sacramentum cultus foveretur, Ssmus D. N. Pius Pp. XI, haud paucis editis Decretis, vel novis prorsus vel amplioribus illis indulgentiis, a suis Praedecessoribus salutariter concessis, nonnullas eucharisticas functiones nec non quaedam pia eucharistica exercitia variasque preces, penes eosdem fideles magis in usu, maximo cum horum profectu et gaudio augere dignatus est.

Adhuc tamen his spiritualibus beneficiis perquam lauda-

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

Indulgences accordées aux Journées dites eucharistiques.

Afin de développer de plus en plus chez les fidèles la dévotion envers le très auguste sacrement de l'Eucharistie, Notre Saint-Père le Pape Pie XI, dans plusieurs décrets publiés, a daigné, pour le plus grand avantage et contentement des chrétiens, enrichir d'indulgences ou tout à fait nouvelles ou plus considérables que celles déjà heureusement concédées par ses prédécesseurs, plusieurs cérémonies ou exercices pieux eucharistiques, ainsi que diverses prières plus particulièrement en usage chez les catholiques.

Cependant, semblables faveurs spirituelles manquaient encore

(1) A. A. S.. vol. XXVI, 1934, p. 243.

bilis ille carebat mos, postremis his temporibus late in catholicum Orbem inductus, — iis haud exceptis locis, in quibus pium XL Horarum exercitium etiam constitutum est, — unum scilicet integrum diem impendendi, qui appellari usu venit *Dies Eucharisticus*, semel vel pluries in anno in adorationem et venerationem huius Augustissimi Sacramenti. Et hoc quidem, tum solempni Ssmi Sacramenti expositione a mane usque ad vespervas, tum oblatione sacrificii Missae, tum accessione fidelium ad sacram mensam, tum denique functionibus et concionibus sacris, directis ad fidem in hoc fidei mysterium magis firmandam, ad spem erigendam et caritatem inflammandam in Christum Dominum sub speciebus eucharisticis praesentem et amore nostrum flagrantem, atque ita ad aliquam reparationem pro facultate cuiusque nostra Ei exhibendam ob iniurias, quas praesertim perditum et ingrati homines Eidem haud raro in hoc ipso Sacramento, ineffabili Sui erga nos amoris pignore, inferre non verentur.

Porro nemini dubium, quominus tanta fidei ac amoris significatio in Augustissimum Eucharistiae Sacramentum, quam haec omnia praestant, dignam Diei Eucharistici celebrationem ad incrementum quam maximum huius cultus rationem aptissimam exhibeat. Quod mature perpendens,

à cette coutume très louable, largement répandue aujourd'hui dans le monde entier (sans en excepter les lieux où le pieux exercice des Quarante-Heures a été établi), de consacrer une ou plusieurs fois par an, une journée entière, communément appelée *Journée eucharistique*, à l'adoration et à la vénération de ce très auguste sacrement. Cela se fait soit par l'exposition solennelle, durant la journée, du Très Saint Sacrement, soit par la célébration de la messe, soit par une communion générale, soit enfin par des cérémonies sacrées et des prédications destinées à affermir la croyance en ce mystère de foi, à exciter la confiance, à ranimer dans les cœurs l'amour envers le Christ présent sous les espèces eucharistiques et rempli d'amour pour nous : ainsi, chacun selon son pouvoir peut offrir, de quelque manière, au Christ, une réparation pour les profanations et les injures commises assez souvent envers ce sacrement, gage ineffable de l'amour du Sauveur pour nous, surtout par des hommes ingrats et pervers.

Or, personne ne peut en douter, la célébration convenable de la Journée eucharistique fournit un moyen excellent pour développer au suprême degré le culte eucharistique, puisque tout ce qui y est accompli est l'expression d'une grande foi et d'un ardent amour envers le très auguste sacrement de l'autel. L'ayant sérieusement apprécié, le Saint-Père, eu égard à sa grande dévo-

Beatissimus Pater, ad hoc incrementum magis magisque fovendum, pro eximia Sua in hoc Sacramentum pietate, statuit Diei Eucharistici celebrationem magnis ditare indulgentiis; quarum elargitio, — cum ostendat quanti ipsa Sancta Sedes eandem faciat celebrationem, ulpote directam ad impensius colendum illud Sacramentum, quo Ecclesia quotidie alitur ac roboratur, — ab hanc ipsam celebrationem maiori cum frequentia pietate ac religione peragendam fideles alliciat.

Itaque in ipsa prima audientia, infrascripto Cardinali Pœnitentiario Maiori post solemnem commemorationem undevicesimi exeuntis sæculi ab institutione huius Sacramenti, id est die 6 Aprilis vertentis anni concessa, Sanctitas Sua indulgentias, quibus pium XL Horarum exercitium Decreto *Invecto feliciter* diei 24 Iulii anni 1933 auxerat (A. A. S., vol. XXV, p. 381), ad Diei quoque Eucharistici celebrationem extendere benigne dignata est.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum

tion eucharistique et dans le but de développer encore davantage le culte de la sainte Eucharistie, a résolu d'accorder d'importantes indulgences à la célébration de la Journée eucharistique. Cette largesse, en même temps qu'elle montre en quelle estime le Saint-Siège tient cette Journée eucharistique destinée à honorer avec plus de soin ce sacrement qui est la force et l'aliment quotidien de l'Eglise, portera les fidèles à célébrer plus fréquemment, avec des sentiments de religion et de piété, la Journée eucharistique.

C'est pourquoi, dans la première audience accordée, après la commémoration solennelle du 19^e centenaire de l'institution de ce sacrement, au cardinal grand Pénitencier soussigné, le 6 avril 1934, Sa Sainteté a daigné, dans sa bienveillance, étendre également à la célébration de la Journée eucharistique les indulgences concédées par le décret *Invecto feliciter* du 24 juillet 1933 (A. A. S., vol. XXV, p. 381) au pieux exercice des Quarante-Heures (1).

Le présent décret est valable pour toujours, sans aucune expé-

(1) Voici ces indulgences : 1^o une indulgence plénière à gagner une fois seulement au cours de la journée par ceux qui s'étant confessé et ayant communie visitent l'église où le Saint Sacrement est exposé et y récitent cinq fois le *Pater*, l'*Ave* et le *Gloria*, et une sixième fois les mêmes prières aux intentions du Souverain Pontife ; 2^o une indulgence partielle de quinze ans pour chaque visite accompagnée des mêmes prières, même sans la confession et la communion.

Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 10 Aprilis 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentiaris maior.*

L. ✕ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

dition de Lettres Apostoliques en forme de Bref et nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, au Palais de la S. Pénitencerie, le 10 avril 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

Preces, post privatae missae celebrationem recitandae, indulgentiis locupletantur (1).

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, benigne excipiens humiles plurium sacerdotum postulationes poscentium ut Sanctitas Sua amplioribus indulgentiis dignaretur ditare orationes illas, quae, iussu s. m. Leonis Pp. XIII, in omnibus Orbis ecclesiis post privatae Missae celebrationem flexis genibus sunt recitandae, ad incitamentum quoque fidelium qui Missae intererunt, ne ab ecclesia discedant antequam sacerdos omnia compleverit quae sacra Liturgia ipsi absol-

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

Les prières à réciter après la célébration de la messe privée sont enrichies de nouvelles indulgences (2).

Notre Saint-Père Pie XI, Pape par la divine Providence, accueillant favorablement les humbles requêtes de nombreux prêtres sollicitant que Sa Sainteté daigne enrichir d'indulgences plus grandes les prières que l'on doit réciter à genoux par ordre du Pape Léon XIII, de sainte mémoire, dans toutes les églises du monde, après la célébration de la messe privée, pour engager également les fidèles qui assistent à la messe à ne pas quitter l'église

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 312.

(2) On se rappelle que dans son allocution consistoriale *Indictam ante*, du 30 juin 1930, Pie XI déclarait que les prières après la messe seraient récitées désormais pour hâter la fin de la persécution en Russie et rendre aux fidèles la paix et le libre exercice de leur foi.

venda mandat et antequam ipsi simul cum sacerdote easdem persolverint orationes, in audientia diei 18 huius mensis infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, paterna liberalitate piam ac devotam praefatarum precum recitationem *decem annorum indulgentia* locupletavit, mandavitque ut tanta elargitio publici iuris fieret.

Haec autem decrevit, servata quoque septem annorum partiali indulgentia, quae ex concessione s. r. Pii Pp. X gaudet precatiuncula *Cor Iesu sacratissimum, miserere nobis* ter cum sacerdote flexis genibus pariter post Missae celebrationem a fidelibus repetita. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 30 Maii 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentiarius maior.*

L. ✠ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

avant que le prêtre ait accompli tout ce que requiert la sacrée liturgie et avant qu'eux-mêmes aient, avec le prêtre, récité lesdites prières, a enrichi dans sa paternelle libéralité, au cours de l'audience accordée au soussigné cardinal grand pénitencier, le 18 de ce mois, la récitation pieuse et dévote des prières mentionnées d'une *indulgence de dix ans*, et a ordonné qu'une telle concession soit rendue publique.

Il a décrété ce qui précède, conservant l'indulgence partielle de sept ans, dont jouit par concession du Pape Pie X l'invocation *Cor Jesu sacratissimum, miserere nobis*, répétée trois fois par les fidèles à genoux avec le prêtre également après la célébration de la messe.

Le présent décret valable à perpétuité sans aucune expédition de Lettres apostoliques en forme de Bref et nonobstant toutes dispositions contraires.

Donné à Rome, au Palais de la S. Pénitencerie apostolique, le 30 mai 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

Preces in memoriam quinque sacrorum vulnerum Domini Nostri Iesu Christi recitandae indulgentiis locupletantur (1).

Occasionem nactus recentissimae solemnitatis Pretiosissimi Sanguinis Iesu Christi Domini Nostri, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, in Audientia concessa infrascripto Cardinali Paenitentiario Maïori die 6 vertentis mensis, benigne largiri dignatus est *partialem trium annorum indulgentiam* omnibus christifidelibus, qui pia mente ac saltem corde contrito quinque *Pater, Ave* et *Gloria* cum precatiuncula *Sancta Mater, istud agas...* recitaverint in memoriam quinque Vulnerum, ex quibus pretiosissimus ille Sanguis in

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

Les prières récitées en souvenir des cinq plaies sacrées de Notre-Seigneur Jésus-Christ sont enrichies d'indulgences.

A l'occasion de la toute récente célébration de la fête du Très Précieux Sang de Notre-Seigneur Jésus-Christ, Notre Très Saint-Père Pie XI, Pape par la divine Providence, a bien voulu accorder, lors de l'audience donnée le 6 juillet dernier, au cardinal grand Pénitencier soussigné, une *indulgence partielle de 3 ans* à tous les chrétiens qui réciteront pieusement et d'un cœur contrit 5 *Pater, Ave* et *Gloria* avec la strophe *Sancta Mater, istud agas...*, en mémoire des cinq plaies d'où ce sang très précieux a coulé sur la

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 561.

cruce permanavit; et *plenariam indulgentiam* semel in mense suetis conditionibus lucranda, si quotidie per integrum mensem eadem recitatio peragatur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae die 9 Iulii 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentarius maior*.

L. ✠ S.

I. TEODORI, *Secretarius*.

croix. Si ces mêmes prières sont dites chaque jour, un mois durant, on pourra gagner aussi, aux conditions ordinaires, une *indulgence plénière* une seule fois pendant le mois.

La présente concession est valable pour toujours, sans expédition de Lettres Apostoliques en forme de Bref. Nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, au Palais de la S. Pénitencerie, le 9 juillet 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier*.

L. ✠ S.

I. TEODORI, *Secrétaire*.

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA
(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

**Quaedam sanctae Crucis invocatio
atque Sequentia « Stabat Mater » indulgentiis augmentur (1).**

Appropinquante festo Exaltationis S. Crucis, cuius undevicies saeculare mysterium, prius fuit singulari pietate tantisque solemnibus caeremoniis durante Anno Sacro in Alma Urbe commemoratum, atque maximo spiritus fervore in universo catholico Orbe adhuc celebrandum manet, Ssmus D. N. Pius Pp. XI, magna sollicitudine affectus ut omnes sui filii, anno iubilari perdurante salutare Redemptionis fructus copiosius sint percepturi, postquam in Anni Sancti decursu indulgentiis ditavit non modo precatiunculam, gratos ob beneficium Redemptionis animi sensus exprimentem (*Ado-*

SACREE PENITENCERIE APOSTOLIQUE
(Section des Indulgences.)

DÉCRET

**Une invocation en l'honneur de la Sainte Croix et la
Séquence « Stabat Mater » sont enrichies d'indul-
gences.**

A l'approche de la fête de l'Exaltation de la Sainte Croix, dont le mystère dix-neuf fois séculaire, d'abord commémoré dans la Ville Eternelle, durant l'Année Sainte, avec une piété particulière et tant de cérémonies solennelles, est maintenant honoré dans l'univers catholique avec la dévotion la plus fervente, Notre Saint-Père le Pape Pie XI se soucie grandement que tous ses fils reçoivent avec plus d'abondance, au cours de l'année jubilaire, les fruits salutaires de la Rédemption. Pour ce motif, déjà durant

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 525.

ramus te, Christe...) (*Acta Ap. Sedis*, vol. XXVI, p. 108), sed etiam aliam, dulce Lignum Crucis salutantem (*O Crux, ave, spes unica*) (*Ibidem*, p. 244); benigne disposuit, ut ex eodem thesauro, unde huiusmodi spirituales favores permanant, aquam salutarem hauriant fideles, qui tam saepe ad infinitam Crucis potentiam confugiunt, ut tot inimicorum impetus et insidias superare valeant, iaculatoriam scilicet precem recitando : *Per signum Crucis, de inimicis nostris libera nos, Deus noster.*

Quapropter in audientia die 6 Iulii vertentis anni infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, idem Summus Pontifex decrevit *partialem trium annorum indulgentiam* acquiri posse, quoties fideles devote et saltem animo contrito praefatam precatiunculam recitaverint, atque *plenariam indulgentiam* suetis conditionibus, semel in mense, si singulis diebus, durante mense, eandem recitationem peregerint.

Quemadmodum vero Crucis memoria separari nequit ab ineffabilium dolorum recordatione, qui dulcissimum Beatæ Virginis Cor iuxta Crucem transfixerunt, ita idem Supremus Pontifex iubet ut hoc anno, in toto terrarum Orbe specia-

l'Année Sainte, il a enrichi d'indulgences (*Acta Ap. Sedis*, vol. xxvi, p. 108) non seulement l'oraison jaculatoire *Adoramus te, Christe...* qui exprime les sentiments de reconnaissance pour le bienfait de la Rédemption, mais encore une autre courte prière : *O Crux, ave, spes unica*, qui salue le doux bois de la Croix (*Ibidem*, p. 244). De plus, il a réglé avec bienveillance que les fidèles qui recourent si souvent à la puissance infinie de la Croix, en récitant l'oraison jaculatoire : *Per signum Crucis, de inimicis nostris libera nos, Deus noster*, afin de pouvoir triompher des attaques et des pièges de leurs ennemis si nombreux, pourraient puiser une eau salubre à la même source d'où découlent les faveurs spirituelles de ce genre.

C'est pourquoi, dans l'audience accordée le 6 juillet de la présente année, au cardinal Grand Pénitencier soussigné, le même Pontife a décrété que les fidèles pouvaient gagner *une indulgence partielle de trois ans*, chaque fois qu'ils réciteraient pieusement et d'un cœur contrit l'oraison jaculatoire ci-dessus mentionnée, et, de plus, *une indulgence plénière* à gagner aux conditions habituelles, une fois dans le mois, si, durant ce laps de temps, ils ont chaque jour récité cette même prière.

Mais comme le souvenir de la Croix s'accompagne nécessairement de celui des douleurs ineffables qui transpercèrent sur le Calvaire le Cœur très aimant de la Bienheureuse Vierge, le même Pontife, décide que durant cette année spécialement consacrée à com-
mém-

liter designato ad commemorandam generis humani Redemptionem, peculiare amplioresque spirituales favores singulis fidelibus concedantur, qui singulari ea, qua decet, pietate gratique animi sensibus, suae amantissimae Matris gemitus recolant, recitando valde simplices et amore plenas invocationes quae continentur in sequentia *Stabat Mater dolorosa*, prout sacra Liturgia easdem fidelibus proponit, non tantum ut eius doloribus compatiantur, sed praecipue etiam ut ad deflenda propria peccata, veram equidem ineffabilium paenarum causam, impellantur.

Itaque in supra dicta audientia Sanctitas Sua non modo partialem indulgentiam, praefatae sequentiae iam adnexam, augere dignata est ad *septem annos* quoties devote recitetur, verum etiam decrevit ut *partialis indulgentia quingentorum* dierum concedatur recitationi unice strophae eiusdem sequentiae *Sancta Mater, istud agas...*, quam simpliciores quoque fideles apprime sciunt quamque saepius, in iubilantibus visitationibus tam elapsi quam praesentis anni, coram imagine Virginis recitarunt vel recitaturi sunt; *plenaria* autem, semel in mense, suetis conditionibus non modo integrae sequentiae, verum etiam huic simplici strophae, si

morer dans le monde entier la rédemption du genre humain, des faveurs spirituelles particulières et plus étendues seront accordées aux fidèles qui honorent, comme il convient, avec une dévotion spéciale et dans des sentiments de reconnaissance les gémissements de leur Mère très aimante. En récitant les invocations très simples et si affectueuses contenues dans la Séquence *Stabat Mater dolorosa* comme la liturgie les leur propose, les fidèles non seulement compatissent aux douleurs de leur Mère, mais surtout sont poussés à pleurer leurs propres fautes, seule cause véritable de ces indicibles souffrances.

Aussi, dans l'audience indiquée ci-dessus, Sa Sainteté a daigné non seulement porter à *sept années* l'*indulgence partielle* déjà attachée à chaque récitation pieuse de la Séquence *Stabat*, mais encore décréter qu'une *indulgence partielle* de 500 jours serait accordée pour la récitation de cette unique strophe *Sancta Mater, istud agas...* de la même Séquence : les fidèles, même les plus simples, la connaissent très bien, et bien souvent l'ont récitée l'année dernière ou la réciteront cette année, devant l'image de la Vierge, pendant les visites prescrites pour le jubilé. De plus, si durant un mois, tous les jours, les fidèles récitent à leur choix, pour honorer la mémoire des douleurs de la Vierge Marie avec cette dévotion qui existe nécessairement toujours dans un cœur réellement contrit, soit la Séquence entière, soit seulement la

singulis diebus, durante mense, alterutra ad arbitrium recitatio peragatur ad recolendam talium dolorum memoriam ea pietate, quae in animo revera contrito nunquam deesse potest.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae, die 1 Augusti 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✕ S.

I. TEODORI, *Secretarius*.

strophe *Sancta Mater, istud agas*, ils pourront aussi gagner aux conditions ordinaires, une fois durant le mois, *une indulgence plénière*.

La présente concession est valable pour toujours et sans aucune expédition de Lettres Apostoliques en forme de Bref. Nonobstant toutes dispositions contraires.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Pénitencerie, le 1^{er} août 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier*.

I. TEODORI, *Secrétaire*.

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

Indulgentiis augetur « dies pro Missionibus » (1).

Indeficiens semperque maius Missionum incrementum inter infideles Summo Pontifici Pio XI maxime cordi est, qui vehementer exoptat, ut per universum terrarum orbem Christi regnum provehatur, ac praesertim apud dissitas et inaccessas regiones illas, ad quas evangelica lux nondum pervenit.

Idcirco Ipse, de animarum salute valde sollicitus, usque ab anno 1926, per decretum S. Rituum Congregationis, die 14 Aprilis editum (*Acta Ap. Sedis*, vol. XIX, p. 23), omnibus et singulis christifidelibus peculiarem diem, qui quidem

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

La Journée missionnaire de l'avant-dernier dimanche d'octobre est enrichie d'indulgences.

Le Souverain Pontife Pie XI désire plus ardemment que jamais voir s'accroître les Missions parmi les infidèles ; il souhaite vivement que le règne du Christ s'étende dans tout l'univers et principalement dans les régions éloignées et inaccessibles où la lumière évangélique n'a pas encore pénétré.

C'est pourquoi, préoccupé au plus haut point du salut des âmes, dès l'année 1926, par un décret pris à la date du 14 avril par la S. Congrégation des Rites (2), il a décidé que tous et chacun des fidèles célébreraient chaque année et à perpétuité une fête qu'on

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 526.

(2) A. A. S., t. XIX, 1927, p. 23 ; D. C., t. XXXIII, col. 37-39.

Dies pro Missionibus appellaretur, indicare voluit in paene ultima Dominica mensis Octobris quotannis et perpetuo celebrandum.

Huiusmodi festum eo spectavit, ut laudabile inceptum illud increbresceret, quod *Propagandam Missionariam* vocant, scilicet quo melius ac facilius, per opportunas instructiones, dignosceretur Opus Propagationis Fidei, simulque cum materialis ac necessarius obolus colligeretur tum pretiosior orationis fructus percipi posset. Idem Summus Pontifex singulis fidelibus, eo die ad sacram Mensam accedentibus et pro conversione infidelium exorantibus, plenariam indulgentiam concedere dignabatur.

Quum autem non omnibus facile sit, eodem die indicato, Pane Eucharistico recreari, idem Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, volens aliquo modo cunctis favere, in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 20 Iulii vertentis anni concessa, benigne indulsit, ut ii omnes, qui saltem corde contrito ac devote interfuerint alicui e sacris functionibus, eo die celebrari consuetis, et pro infidelium conversione oraverint, *partialem septem annorum indulgentiam* lucrari valeant.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostoli-

appellerait « Journée missionnaire » et dont il a fixé la date à l'avant-dernier dimanche d'octobre.

Le désir du Saint-Siège est que ce jour-là soit consacré tout spécialement à cette tâche très louable qu'on appelle la propagande missionnaire et qui consiste à faire mieux connaître par des instructions appropriées l'œuvre de la Propagation de la Foi, à recueillir les offrandes qui lui sont nécessaires, à lui assurer le don plus précieux de nos prières. Le Souverain Pontife a daigné accorder à tous les fidèles qui ce jour-là s'approchent de la sainte Table et prient pour la conversion des infidèles une indulgence plénière.

Mais comme il n'est pas facile à tous de recevoir le Pain eucharistique au jour indiqué plus haut, le Souverain Pontife Pie XI, Pape par la divine Providence, voulant néanmoins que le plus grand nombre profitent de cette faveur, a daigné concéder, dans l'audience qu'il a accordée au cardinal grand Pénitencier, le 20 juillet dernier, que tous ceux qui assisteront d'un cœur contrit et dévotement à l'un des offices religieux que l'on a coutume de célébrer ce jour-là et prieront pour la conversion des infidèles, pourront gagner une indulgence partielle de sept années.

Le présent décret est valable à perpétuité sans aucune expédi-

carum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiarum, die 30 Augusti 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentarius maior.*

L. ✕ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

tion de Lettres apostoliques en forme de Bref et nonobstant toutes dispositions contraires.

Donné à Rome, au Palais de la S. Pénitencerie, le 30 août 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

L. † S.

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DECRETUM

**Peculiares favores spirituales
pro defunctis conceduntur (1).**

Nihil antiquius in Ecclesia Christi, ut vetustissima monumenta testantur, nihil concordius, nihil constantius quam pia defunctorum fratrum recordatio officiosaque sedulitas hostias, preces, eleemosynas aliaque id genus propitiatoria opera Deo pro eis offerendi, ut a peccatis solvantur. Quod, ceteroquin, aliud demum non est nisi catholici dogmatis *Communions*, quam vocant, *Sanctorum* realis professio; dum *militantes* fideles propriam *purgantibus* ita opem conferunt, ut in Ecclesiam *triumphantem* quantocius cooptari mereantur.

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DÉCRET

**Concession d'indulgences spéciales
en faveur des fidèles défunts.**

Rien de plus ancien dans l'Eglise du Christ, ainsi que l'attestent les documents les plus antiques, rien de plus universellement admis, rien de plus constant que le pieux souvenir des frères défunts et que l'empressement manifeste à offrir à Dieu pour eux des sacrifices, des prières, des aumônes et d'autres actes de propitiation du même genre. Ces pratiques, d'ailleurs, ne sont pas autre chose que la profession réelle du dogme catholique appelé *communions des saints* : les fidèles *militants* apportent leur propre aide aux fidèles *expiants*, afin que ceux-ci soient admis au plus tôt dans le sein de l'Eglise *triumphante*.

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 606.

Et ad hoc, sane, non defuerunt Romani Pontifices pro eorum paterna sollicitudine saepe saepius, decursu temporum, plenisque manibus Ecclesiae thesauros profundere. Ut ecce Clemens XIII qui Missas omnes quae in annua Omnium Fidelium Defunctorum Commemoratione celebrantur, privilegiatas edixit; et Pius X qui indulgentiam plenariam *toties quoties*, suetis conditionibus, eadem die lucranda largitus est; et novissime Benedictus XV qui ter eadem ipsa die Sacrum faciendi facultatem omnibus sacerdotibus benigne concessit.

Haud mirum igitur si, Decessorum suorum vestigiis inhaerens, Ssmus D. N. Pius Pp. XI feliciter regnans vehementissimam Suam erga purgantes animas caritatem peculiari quodam modo testatam et Ipse voluerit. Quem in finem in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 27 vertentis mensis impertita quae sequuntur benignissime indulisit, scilicet :

1. Ut, durante Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum octavario, Missae omnes in quocumque altari et a quocumque sacerdote celebratae habeantur tamquam privilegiatae, pro anima tamen cui applicantur.

2. Ut fideles omnes qui, eodem octavario durante, coemeterium pie ac devote visitaverint et, vel mente tantum, pro

Et, certes, nombreux sont les Pontifes romains qui, dans leur paternelle sollicitude, répandirent bien souvent, à pleines mains, au cours des siècles, les trésors de l'Eglise au profit des défunts.

C'est Clément XIII qui déclara privilégiées toutes les messes célébrées annuellement le jour de la commémoration de tous les fidèles défunts, et c'est Pie X qui a accordé une indulgence plénière *toties quoties*, aux conditions habituelles, à gagner en ce même jour, et, dernièrement, Benoît XV a bien voulu permettre à tous les prêtres de célébrer ce jour-là trois messes.

Il n'est donc pas étonnant que, suivant les traces de ses prédécesseurs, Notre Très Saint-Père le Pape Pie XI, heureusement régnant, ait voulu, lui aussi, attester d'une façon particulière sa très vive charité envers les âmes qui expient. A cette fin, dans l'audience accordée le 27 de ce mois au cardinal grand pénitencier soussigné, il a daigné accorder les faveurs suivantes :

1° Durant l'octave de la commémoration de tous les défunts, toutes les messes célébrées à n'importe quel autel et par n'importe quel prêtre doivent être considérées comme messes privilégiées, mais au profit de l'âme à laquelle en est faite l'application.

2° Tous les fidèles qui, durant la même octave, auront visité pieusement et dévotement un cimetière et auront prié, en esprit

defunctis exoraverint, lucrari valeant, suetis conditionibus, singulis diebus, indulgentiam plenariam, sed defunctis ipsis tantum applicabilem.

3. Ut fideles omnes qui, ut supra, coemeterium visitaverint et pro defunctis exoraverint quovis anni die, lucrari valeant indulgentiam partialem septem annorum; hanc quoque tamen applicabilem tantum ipsis defunctis.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae die 31 Octobris 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentiaris maior.*

L. ✠ S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

au moins, pour les défunts, peuvent gagner, aux conditions habituelles, chaque jour, une indulgence plénière, mais applicable seulement aux défunts.

3° Tous les fidèles qui, ainsi qu'il est dit plus haut, auront visité un cimetière et prié pour les défunts, en n'importe quel jour de l'année, peuvent gagner une indulgence partielle de sept ans, mais applicable elle aussi aux défunts seulement.

Le présent décret est valable à perpétuité, sans aucune expédition de Bref, et nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, au Palais de la S. Pénitencerie, le 31 octobre 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

L. † S.

I. TEODORI, *Secrétaire.*

S. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis.)

DUBIUM

super can. 934, § 2, Codicis iuris canonici (1).

Pluries a S. Paenitentia quaesitum est : Utrum verba can. 934 § 2 C. I. C. *indulgentiae* (orationibus adnexae) *penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem vel interpolationem* rigore intelligi debeant de quibusvis additionibus, detractionibus vel interpolationibus an potius de iis tantum quae earumdem substantiam alterent.

Et S. Paenitentia, re mature perpensa, respondendum censuit : *Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam, facto verbo cum Ssmo.*

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina

S. PENITENCERIE APOSTOLIQUE

(Section des Indulgences.)

DOUTE

relatif au canon 934, § 2, du Code de Droit canonique.

On a demandé plusieurs fois à la Sacrée Pénitencerie si ce passage du canon 934, § 2 du Code de Droit canonique « *les indulgences* (attachées à certaines prières) *cessent tout à fait en raison de n'importe quelle addition, soustraction ou interpolation* que subissent les textes de ces prières » doit être rigoureusement entendu de toute addition, soustraction ou interpolation, ou seulement de celles-là qui altéreraient la substance de ces prières.

Après mûre délibération, la Sacrée Pénitencerie a estimé devoir répondre : *Non* à la première partie ; *oui* à la seconde, *facto verbo cum Ssmo.*

Rapport ayant été fait de ces choses à Notre Saint-Père Pie XI,

(1) A. A. S., vol. XXVI, 1934, p. 643.

Providentia Pp. XI in audientia habita ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 24 vertentis mensis, Sanctitas Sua hanc Sacrae Paenitentiariae resolutionem approbare et confirmare dignata est eamque, ad fidelium tranquillitatem, publici iuris faciendam mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae, die 26 Novembris 1934.

L. card. LAURI, *Paenitentiarius maior.*

L. † S.

I. TEODORI, *Secretarius.*

Pape par la divine Providence, dans l'audience accordée le 24 novembre 1934 au cardinal grand pénitencier soussigné, Sa Sainteté a daigné approuver et confirmer cette réponse de la Sacrée Pénitencerie et a ordonné de la publier afin de tranquilliser les fidèles.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Pénitencerie apostolique, 26 novembre 1934.

L. card. LAURI, *grand Pénitencier.*

L † S

I. TEODORI, *Secrétaire.*

SECRETARIERIE D'ETAT

LETTRE

de S. Em. le cardinal Eugenio Pacelli à M. le chanoine Brohée, président de l' « Office catholique international du cinématographe » (1).

Dal Vaticano, le 27 avril 1934.

MONSIEUR LE CHANOINE,

C'est avec le plus vif intérêt que le Saint-Père a pris connaissance de l'important rapport que vous avez bien voulu lui faire parvenir au sujet de l'activité déployée et des résolutions d'un travail toujours plus diligent de la part de ce très méritant Office catholique international du cinématographe.

Sa Sainteté a bien voulu souligner l'urgence de cet apostolat, qui doit unir tous les gens de bien et les engager à coordonner leurs efforts, leurs énergies et leurs activités pour faire servir à l'éducation morale du peuple ce puissant moyen moderne de diffusion d'idées.

Malgré les mesures prises par les administrations publiques de divers pays, on continue à signaler et à dénoncer de tous côtés au Saint-Père les dangers moraux et religieux causés par les représentations cinématographiques, qui exercent une influence irrésistible sur une grande partie de l'humanité, ou tout spécialement sur la jeunesse, ce qui engage vraiment tout l'avenir.

(1) Cf. *La Revue catholique des Idées et des Faits* (18. 5. 34), qui fait précéder des lignes suivantes le texte de cette lettre, écrite en français :

« Le Bureau de l'Office catholique international du cinématographe » a été reçu en audience privée par le Saint-Père, le lundi 23 avril. Les délégués de l'O. C. I. C. ont présenté au Souverain Pontife le volume contenant les travaux des « Journées internationales d'études » qui ont eu lieu à Bruxelles les 29-30 septembre et 1^{er} octobre derniers, en même temps qu'une adresse exposant les grandes lignes du programme d'action adopté par l' « Office catholique international du cinématographe ».

A la suite de cette démarche, le président de l'O. C. I. C. vient de recevoir de la Secrétairerie d'Etat la lettre que nous sommes heureux de publier en remerciant l'actif et dévoué chanoine Brohée d'avoir choisi la *Revue catholique* pour en communiquer le texte à l'élite catholique et en souhaitant à l'œuvre si nécessaire dont il est l'âme le plus généreux concours.

